



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agrippinae, 1684**

Pars Quinta. Continens etiam miscellanea.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

P A R S   Q U I N T A .  
D E   J U R I S D I C T I O N E   O R D I N A R I I  
I N   E X E M P T I O N I B .

Q U A E S T I O   I .

Ordinarius an pendente Exemptionis exceptione, Jurisdictionem possit  
in excipientem exercere?

S U M M A R I U M .

1. Exemptio exemptionis qua non est ad manum, non sistit ordinarii jurisdictionem: etiam si excipiens sit, in quasi possessione exemptionis, ut in 3.
2. Ordinarius habet fundatam suam jurisdictionem per totam suam Diocesim.
4. Excipiens exemptum, si praeter quasi possessionem producat titulum saltem coloratum, ordinarius interim cognoscit, dum de prescriptione edocuit sit.
5. Jura servant Ordinarium jurisdictionis.
6. Ordinarius omnia licet in suis Diocesibus, exceptis reservatis.
7. Favorabilis a Suis dicitur, quando res ad pristinam naturam revertitur.
8. Si cum possessione accedit privilegium, Ordinarius contra excipientem jurisdictionem suam exercere non poterit.
9. Possessione sua nemo turbandus est, etiam si quis possideat contra jus commune, dummodo possessio sit saltem colorata.
10. Ordinarius si sit in quasi possessione supererogatus, pendente appellationis causa potest jurisdictionem suam conservare.
11. Robur excommunicationis non tollitur privilegio.
12. Ex uno jurisdictionis actu totius jurisdictionis quasi possessio acquiritur atque conservatur.
13. Exemptio censetur durare pendente iudicio restitutionis in integrum adversus sententiam contra exemptum latam.

Hujus questionis solutio pendet à dictione sequenti. Aut enim excipitur tantum de privilegio exemptionis, quod non est ad manum, sed de quo non docet, & tunc ordinarius suam jurisdictionem exercere potest, Innoc. in cap. ex parte, de verb. sign. Causae. decif. 124. n. 11. Aut verò dans de exemptione excipit dumtaxat, quasi possessione exemptionis; eoque etiam in casu ordinarius qui fundatam habet jure communi jurisdictionem per totam suam Diocesim, cap. omnes Basilea 7. quest. 7. cap. cum Episcopis de offic. ord. in 6. Philipp. Franc. cap. cum persona §. si verò num. 1. de Privileg. in 6. Causae. decif. 189. tantisper dum de ejusmodi exemptionis exceptione cognoscitur, jurisdictionem suam potest exercere, Abb. in cap. 1. ut si pendente. Philipp. Franc. in dicto §. si vero. Causae. in d. decif. 189. Aut excipiens praeter quasi possessionem exemptionis, addit etiam titulum coloratum solius praescriptionis: & tunc eo casu Ordinarius, ut in praecedentibus casibus, jurisdictionem suam exercere non poterit.

H h h



em suam interim exercere potest, donec plenè de præscriptione edoctus sit. *Philip. Franc. d. §. si vero nu. 2. Cappy. dicta decisione 189. num. 6. in fin. idque propter ordinem præscriptionis. cap. cum contingat de decimis, Rebuff. ff. de decimis quasi. 14. num. 11. & si vorem non modo juris communis, cap. ad decimas de restitu. spoliat. cap. 1. de præscript. 6. DD. in d. §. si vero, sed etiam Ordinarii, qui in omnibus est præordinator suæ Diocesis, cap. per lectis dist. 25. Compostella cap. ne pro defectu col. 4. de elect. & in qua omnia ei licent, præterquam quæ ei prohibita non sunt, cap. nuper de sent. excom. Compostella d. loco. Aut una cum quasi possessione exemptionis excipitur etiam de solo privilegio aut Privilegio & præscriptione simul, eoque casu, quia Privilegium est favorabile cap. ex parte de elect. Cappy. d. decis. 189. Ordinarius dum exemptionis quæstio ventilatur, jurisdictionem non potest exercere. d. cap. cum persona ubi DD. non enim debet quæ turbari vel privari possessione sua, etiam si possideat contra jus commune, quoties possessio colorata est & adiuta aliquo titulo, *Franc. d. cap. cum persona §. quod si talis num. 2. Cappy. d. decis. 189. cap. 1. ubi DD. de Præscript. in 6. Abb. & DD. d. cap. 1. ne sit pendente, aliqui cessante titulo, executio Jurisdictionis, ut & alterius cuiusvis Juris, quale est pascendi, aquandi, lignandi, fieri poterit contra possidentem, cap. cum dictis de causa poss. Franc. d. §. quod si tales.**

Ut, & in casu controverfo. Si Ordinarius esset in quasi possessione superioritatis: 10 nam etiam pendente appellationis causa, possit ordinaria Jurisdictionis suæ executionem continuare, *Lapus d. cap. cum persona. fo. Andrea, Innoc. cap. venerabili de censib. & in cap. ex parte de verb. signific. Franc. d. cap. cum persona §. si vero nu. 3. Cappy. d. decis. 189. num. 1. & seqq. quod exemplificat Francus, in eo quem pridem Ordinarius excommunicavit. Nam si postea iterum ab Ordinario excommunicetur, valida erit excommunicatio, quantumvis excommunicatus privilegio aliquo, se excommunicari non posse, alleget. cap. ex parte de verb. signific. Franc. d. cap. cum persona §. si vero nu. 3. & in fin. ubi etiam Petrus de Anchorano & Dominicus. Quod exemplum ad ceteros Jurisdictionales actus est extendendum: ex unico enim Jurisdictionis actu totius Jurisdictionis quasi possessio acquiritur atque conservatur. *Alex. cons. 74. nu. 16. lib. 4. Menoch. de retin. possess. remed. 3. nu. 386. Nihilominus exemptio pendente iudicio restitutionis in integrum adversus sententiam contra exemptum latam, ceterum adhuc durare, teste Lancellotto de autent. parti. 2. c. 18. n. 130.**

#### QVÆSTIO II.

Actio hypothecaria competens contra duos, quorum alter est Exemptus, alter non Exemptus, an proponi debeat coram iudice eius qui Exemptus est?

#### SVM MARIVM.

1. Actio hypothecaria est dividua.

2. Ratione adiuncti siue socii quis consequitur bene-



beneficium, quod ipsi aliqui non competeret, limita ut nu. 3.

pothecata sine dividua. 5. Quid de continentia causa.

6. Continentia causa non debet dividi.

4. Jus hypotheca est individuum, licet res hy-

**A** Nthonius Capycius decisum refert, actionem hypothecariam esse dividuam, & proinde non posse eum qui exemptus non est, causam coram proprio suo Ordinario ipsi motam ad judicem exempti sui compossefforis revocare. Capycius decis. 173. Feli. in cap. 1. vers. vel dices, in fin. de prescripti. Angel. l. si communi ff. de Cler. conju. Roman. Consil. 195 in fin. speculator de Cler. conjugato vers. quid si Clericus.

Neque refert, quod ratione adjuncti sive socii quis consequitur beneficium, quod aliqui non competeret. l. qui causam ff. quemadmodum servitus amitt. l. illo si corpus §. si fundus ff. si servitus vendicetur, l. 1. §. 2. C. si unus ex pluribus, cap. pen. de concess. prob. Barib. l. solent ff. de alim. §. cibari. leg. l. fin. col. 3. ff. de colleg. illicitis l. precipimus §. eo ubi Apost. C. de appell. late Feli. dicto cap. 1. qua de re alibi scriptum est supra l. 1. q. 26. Quia auctoritates illae in Antynomiam adductae intelligendae sunt de duobus conjunctis in uno jure, quod est individuum: secus vero si sit dividuum: eo enim casu Privilegium uni adjuncto competens, ad alium non extenditur, l. si qui separatim §. fin. ff. de appell. l. 1. C. si in una eademque causa.

Utrproinde absurdum non sit, si hypothecaria ad instar sententiae quae dividua continet capitula, diviso separatoque jure censeatur, l. etiam §. 1. ff. de minoribus l. non idcirco, ff. de iudicis. Rom. d. Consil. 195 in fin. Capyc. d. decis. 173. Afflic. d. decis. 215. Romanus l. stipulat. n. 16. ff. de verb. obligat. ubi late disputat. de simplicium mixturis.

Quod tamen limitandum mihi videtur, nisi agendum esset adversus eos, qui bona hypothecata pro indiviso possident, Afflic. decis. 213, nu. 4. Jus enim hypothecae est individuum, licet res hypothecatae sint individuae, Afflic. d. nu. 4.

Sed an ob continentiam causae, utpote cum alter ad alterius cognitionem confert ejusmodi iudicium competens contra exemptos, & non exemptos, posset per non exemptum ad judicem Exemptorum revocari? neutiquam Feli. cap. fin. de iudicis. Continentia enim causae dividi non potest ob fori diversitatem, quod est inter exemptos & non exemptos. Menoch. de arbit. jud. casu 371. late Mandanus de continen- tia causae ut. 3. art. 4. Capyc. decis. 122. nu. 5.

Q U A E S T I O III.

Exempti an ob contumaciam possint ab ordinario puniri.

S U M M A R I U M.

- 1. Exemptus si non compareat coram Ordinario, poenam contumaciae non incurrit.
- 2. Exempti respectu ordinariorum, habentur pro extraneis.
- 3. Exempti etiam si non subsint iure communi Ordinarius, illorum tamen iurisdictionem impune contemnere non possunt, distingue ut nu. 4.
- 5. Exempti

Hbb 2

5. Exempti



5. Exemptus exemptione non notoria, excommunicari non potest.

6. Contumacia non exemptorum adeo ob-  
 1. Pro negativa, militat quod Ordinarius sit inhabilis & in capax jurisdictionis in exemptos, quideo si non compareant, pœnam contumaciae ad instar Clerici coram Laico non comparentis non incurrunt, l. contumacia, §. contumaces ff. de re jud. Bald. l. generaliter C. de Epis. & Cler. Thom. Gramm. decif. 61. n. 6. & na ob analogiam fori clericalis, & laicalis ad hanc exemptorum materiam ratiocinari potest licet pra ostendimus lib. 1. quaest. 45.

2. Deinde, Exempti respectu ordinariorum censentur jure extraneorum, d. qu. 4. Proinde, sicuti Jurisdic. exerceri nequit in extraneos, seu non subditos, ita neque in exemptos, c. per Venerabilem, qui filii sunt legitimi. Fel. c. qua in Eccl. vers. Tertia de clar. de const. glo. cap. dudum de reb. non alien. in 6. Thom. Gram. d. decif. 61. n. 7. qui non compareant, contumaciae pœnam non incurrunt. Bald. d. l. generaliter Thom. Gram. d. decif. 61. n. 16. d. l. contumacia, §. contumaces ff. de re jud. Recte enim Hermogenes d. §. contumaces, contumaces, inquit, non videntur nisi qui cum obediri deberent, non obsequuntur, id est, qui ad Jurisdictionem ejus cui negant obsequi, pertinent.

3. At verò, pro affirmativa stat ratio: exemptos censeri quidem non esse de Dico, sed in D. exco. existere, qui proinde Jurisdictionem ordinariam per totam D. exco. diffusam ita contempere impune non possunt, Castrensis si quis ex aliena in fin. ff. de

4. judiciis. Itaque distinctione videtur quaestio hæc decidenda: An exemptio sit notoria, aut non notoria; ut si Notoria sit, contumaciae pœna evitetur: si vero notoria non sit non evitetur. Cast. d. l. contumacia, §. contumaces n. 4. & d. l. si quis ex aliena in fin. ff. de d. dilat. & Cast. l. 2. ff. si quis in jus vocatus, & in Thom. Sanchez de Matrim. l. 7. diff. 35. n. 21. censet Exemptum exemptione non notoria excommunicatione teneri, cumque vim suam non amittere, si postea exemptus compareat, Privilegium allegaturus per c. suborita de sent. & re jud. quod restringit, nisi exempti privilegium habeant ne possit excommunicari cum clausula irritanti, id quod plurimum Jurisconsultorum classicorum autoritatibus confirmat Sanchez. d. n. 23. Jo. Andr. c. scienti n. 7. de Reg. jur. ubi Fran. n. 4. Jo. Andr. Franc. Anchar. Domin. cap. 1. de concess. preb. in 6. Soc. in cap. mulier n. 34. de sent. excomm. Silvester verb. exemptio q. 8. & Fumus in Aurea Armilla verb. exemptio n. 2. Super qua materia si curæ practium sit, videri poterunt ea quæ prolixius alio in loco scripsimus l. 2. qu. 6. nu. 30.

5. Illud interim non omittendum, contumaciam adeo obesse non exemptis, ut si in actu visitationis visitati resistant, allegantes exemptionem a visitatione, poterit Episcopus illos de facto excommunicare, nullo Juris ordine servato, nec exemptionem, aut probationem oblatam recipere, aut appellationem admittente tenetur: eum non ut iudex, sed ut pars pro suo Jure conservando procedat, defendendo se gladio spiritali, in xtra cap. de lecto de sent. excom. in 6. ex quo fit, ut ne quidem oblata, proba-



probatio justificet appellationem alias si ut iudex procederet, exceptionis legitimæ oppositæ oblata probatio appellationem justificaret, cap. interposita de appell. cap. inter Canonicos de electio, si verò illi sint in possessione, quod non visentur, non poterit eos sic excommunicare. Innoc. in c. venerab. de Cons. libi Ant. de But. Marian. Sot. in de viciat. l. 3. q. 14. Fel. in c. sacro. de sent. excom. Ant. Conuen. in Praxi Neapolitana c. 18. p. 92.

QUESTIO IV.

Sententia ab ordinatio in favorem Exempti lata, an subsistat?

SUMMARIUM.

1. Nemo qui condemnare non potest, absol- vere potest.
2. Quod in favorem alicuius intradatum est, in eius odium retorqueri non potest.
3. Sententia iudicis Laici absolutoria in favorem Laici lata, est nulla.
4. Sententia Ordinari absolutoria ab ex- communicatione in exemptum lata non subsistit.

Non deest ratio stans à parte negativa ratiocinando à Juris regula, nemo qui condemnare non potest, absolvere potest, l. nemo qui condemnare ff. de Reg. Juris. quam fuscè post Decium & alios enucleat Navarrus cap. verb. de penitent. dist. 1. fol. 405. Vtius tamen est sententiam Ordinarii in favorem exempti latam vires sortiri: alioquin enim privilegium in favorem concessum in odium & lesionem redundaret quod jus non admittit, uti in ipsissima hac quæstione post Decium, in d. l. nemo n. 2. resolvit Bal. 1. in l. quoties C. ubi Senatores vel Clarissimi. Frederic. de senis Conf. 90. non autem obstat antinomia d. l. nemo qui condemnare non potest, secus verò si ob privi- legium personæ concessum condemnare non possit. Nam tunc absolvere poterit. Decius d. l. condemnare n. 2. & ita quadripartitæ illæ regulæ de quibus Navarrus loco jam laudato, limitandæ sunt: Qui condemnare potest, absolvere etiam potest, Qui condemnare non potest, absolvere non potest, Qui absolvere non potest non potest condemnare, confirmaturque hæc conclusio de his quæ de Indulgentiis alio in loco lib. 2. quæst. 58.

Similiter non obstat, quod sententia iudicis Laici absolutoria in favorem Clerici lata, sit nulla. A post ad Barib. Conf. 225. in vers. Clericus in fin. lib. 1. Card. Tuschus Com. Conclus. tom. 2. Conclus. 385. Incip. Clericus non sub sunt Principibus n. 30. uti non obstat, quod sententia Ordinarii absolutoria ab excommunicatione in Exemptum lata non subsistat. Abb cap. cum tempore n. 2. vers. Item Interest de Arbit. quia Rom. Pontificis interest, qui est superioris immediatus, ut subditus suus non iudicetur ab alio, nec etiam absolvatur, de Arbitris.

Hhb 3

Q.E.



## Q V A E S T I O V.

Ordinarius an possit excommunicare sublatum in loco Exempto existentem.  
 1. Absens excommunicari potest in & ex- 2. Excommunicatio est actus extrajudicialis  
 stens in alieno territorio. qui extra territorium exerceri potest.

**P**ro affirmativa late respondit Federicus de Senis *Conf. 16. Col. 6. vers. ad factum.*  
*dam questionem usque ad finem antonomiasque solvit quas lib. 4. quest. 110. articu-*  
*li, ratiocinaturque ab absente ad subditum in alieno territorio existentem: ut licet*  
*absens excommunicari potest, cap. veritatis ubi glo. de dolo & contum. cap. Sacro de sent.*  
*excomm. Feder. conf. 11. cap. discernimus. 3. quest. 8. cap. 1. §. aduciebatur de concess. preben.*  
*lib. 6. ita & in loco Exempto seu alieno territorio existens, id quod plena manu ab*  
*eodem Federico de Senis confirmatur d. Conf. 16. est enim excommunicatio actus*  
*extrajudicialis, qui extra territorium exerceri potest. Franc. cap. venerabilis in p. m. 3. de*  
*sent. excomm. in 6. Ea que in no datus ubi vis terrarum manet alligatus. Abb. cap. ad repre-*  
*mendum n. 2. de offic. ord. videtique poterunt ea que inferius in non ab simili quest.*  
*scripsimus, qu. 87.*

## Q V A E S T I O VI.

Citatio in subditum in loco exempto existentem, an subsistat?

1. Citatio in alieno territorio non subsistit. *dictione Judicis citantis.*
2. Ab uno actu judiciali ad alium efficax est *argumentum.*
3. Citatio per edictum sumit vires à Juris-
4. Subditus in alieno territorio citatus non *comparens, sit contumax.*

**R**atio dicitur est, quia Citatio in alieno territorio non subsistit *And. Gail. l. 1. obser. 56.* Responderetur nihilominus, citationem subditi in loco Exempto existentis subsistere. *Feder. de Senis conf. 2. de Conf. 11.* idque ad instar sententia que subditum in loco Exempto degentem afficit atque ligat, ab uno enim Actu Judiciali ad alium efficax est, & validum argumentum. *Feder. de Senis d. Conf. 11. cap. cum inter de except. cap. Pastoralis de offic. ord. cap. 2. §. aduciebatur de concess. preben. l. 1. proferendum §. fin. Autem C. de Judicis.* Confirmatur, quia citatio seu citationis executio que fit per Nuncium, Epistolam, vel edictum, positum in loco Jurisdictionis citantis, sumit vires à Jurisdictione, de Jussu Judicis citantis facto in loco debito, *Feder. d. Conf. 11.* ut proinde citatio verbalis extra Diocesim citantis facta vitari non posset, *l. 2. ubi in rem actio cap. Romana. §. contrahentes de foro comp. Clem. unica de foro comp. Feder. d. Conf. 16.* reddatque subditum in alieno territorio existentem contumacem atque immeritorum *l. 2. C. ubi in rem actio d. cap. Romana §. contrahentes de foro comp. in 6. l. omnes §. si vero C. de Episc. & Clericis Feder. de Senis d. Conf. 16.* Qua de re vide etiam infra *qu. 71. & fuse Barth. l. 1. n. 3. cum Apoft. ff. de Requirendis Reis, Consonant ea que late adferuntur à Guido, Papa decil. 503. n. 3.*

Q V E



## QUAESTIO VII.

Subditus uni D'ocelano quo ad aliquid, quo verò ad aliud alteri, an utriusque statutis obligetur.

**E**xempli causa: Subiicitur una Ecclesia Episcopo Leodien. quo ad institutionem, Edelitionem, visitationem, quo verò ad Sacramentorum perceptionem subiicitur Episcopo Ruremon. Dubitatur, utrum Rector ejusmodi Ecclesiae ligabitur statuto Episcopi Ruremundensis de Residendo? Respondetur non ligari, *Feder. de Senis Conf. 99. per 101.* Ratio est, quia ad Episcopum Ruremund. spectat Sacramentorum administratio, non verò ejus interest, qua ratione beneficia gubernentur, ut proinde de rebus ad alienam Jurisdictionem spectantibus se intromiscere ac jus dicere non possit, *l. unica C. ult. ff. de Jurisdic. om. Jud. cap. Pastoralis §. Rursus Clem. de re Jud.*

Secundo, Jurisdictio Episcopi Ruremundensis hoc in casu limitata est, & ideo limitatum parere debet effectum, solam scilicet administrationem Sacramentorum respicientem, *l. in agris ff. de acq. rer. dom. conferrique debet Ecclesiae ejusmodi quo ad aliam ab Episcopi Ruremundensis Jurisdictione exempta. Feder. de Senis d. Conf. 99. Archid. d. cap. 1. de priv. in 6. cap. cum Capella cap. ex ore. cap. Quoniam. cap. recepimus eod. in decretalibus, qua de re vide plura apud Romanum in l. stipulationibus ff. de verb. oblig. ubi eum consule.*

## QUAESTIO VIII.

Conservatores adversus injurias & violentias, an possint via inquisitionis procedere?

**F**edericus de Senis respondit posse *Conf. 216.* idque in odium injuriantis & favorem injuriam passi, ad emendationem damni civiliter. *cap. conquestus in fin. de foro compet. Innoc. cap. cum oporteat de accusat. l. presentis §. sine C. de His qui ad Eccles. confugiunt. text. cap. Consultationibus in fin. de offic. deleg. non verò ad poenam criminaliter. Innoc. & Host. cap. cum olim de off. deleg. Feder. de Senis d. conf. 216.* qua de re plura habes inferius ubi examino, an exemptus coram ordinario conventus possit invitari repeti.

## QUAESTIO IX.

Ordinarius an possit eximere aliquod Hospitale in praerudicium successoris?

## SUMMARIUM.

1. Hospitalia subiiciuntur visitationi Episcopi. *valet.*
2. Exemptio in praerudicium successoris non valet.
3. Capituli assensus requiritur ut Episcopus possit eximere.

**R**emitto quod libro primo qu. 7. ostendi Episcopum seu Ordinarium posse Exemptiones concedere.

Primas-



1 Præmitto secundò: Hospitalia omnia, etiam si ea formam pii loci non habeant, tamen Episcopi auctoritate cõnstructa sint, subiacere visitationi, & inquisitioni Episcopi, cuius interest scire, num ita administrantur ut decet, atque ut in eorum institutione ordinatum est, quippe quod personarum in iis degentes sint miserabiles personarum, Episcopi huiusmodi protectioni subiectarum. *ci. de Eccles. & adific. & ita respondit Federic. de Senis d. conf. 11. ubi alioquin alio in consilio contrarius Conf. 130. cap. si iudex Laicus de sen. excom. in 6. Archid. cap. cum de beneficio de preb. in 6.*

2 Quibus breviter præmissis, dico exemptionem in præjudicium successoris concessum non valere.

Ratio est, quia exemptio est alienatio, quæ sine soleenni ritu fieri non potest. *Feder. de Senis d. Conf. 111.* Longè magis si exemptio per Episcopum concessa non inter-  
3 venit capituli consensus, qui alioqui est necessarius, *cap. tua de His que sunt à Prælatu sine consensu. cap. Pastoralis de donat. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. Feder. d. Conf. 111. Exemptio restringenda est, nisi exemptio esset temporis præscriptione confirmata, ut de quarta ubi DD. de præscript. aut Episcopo id soli liceret privilegio aliquo speciali.*  
Sed quid si de fundatione non constat? & tunc si hospitale formam Ecclesiarum non habeat, careatque campanili, inspicienda est possessio, *Feder. de Senis d. Conf. 130.*

QVÆSTIO X.

Ordinariis an de validitate processus Conservatoris possit cognoscere, & ei sese opponere.

SUMMARIUM.

- 1. Inferior de gestis sui superioris immiscere se non potest.
- 2. Valeat statutum Episcopi ne ulla litera Apostolica recipiantur, nisi à se vel suis fuerint examinata, quod limita ut in 2.
- 4. Aliique occurrunt casus quibus Ordinarius sese opponere Conservatoribus possunt.

1 Hanc quæstionem Federicus de Senis *Conf. 115.* censet ridiculam: quia inferior de gestis sui superioris qualis est conservator, immiscere se non potest *cap. in thonem hanc non contemnenda inquisitionis esse censuerim: etenim non pauci proponuntur casus quibus Ordinariis permissum est, in examen revocare ea que in superioribus gesta sunt, cap. cum contingat ubi fuit Navarra & DD. de Rescriptis. Abb. cap. studium in 2. cum A post de offic. legati. latè Bonifacia de Villadiego tract. de legat. 10 part. 1. quæ 8. nu. 43. & 44. Innoc. cap. Constitutus de appell. Hic Henricus Bottentis tract. de Synodo Episcopi Conclusione, 17. nu. 285. vers. Quinto infero, censuit valere statutum Episcopi, ne ulla litera Apostolice recipiantur, vel in sua Diocesi approbentur, quin prius à se vel suis deputatis fuerint examinata. Henric. Bo. hic cap. ex eo ubi de pœnit. & remiss. ubi etiam Abb. adhibita tamen duplici cautione, prima ne id*



committere ad sistendam executionem, alioquin reatum inobedientiæ incur-  
retur punitione dignum in foro poli & in foro fori, cap. quanto cap. dilecti de Privileg.  
Petrus Ravennas in singul. §. 3. incip. fin. interrogatus; Secunda ne per hoc avatitia  
studeat, pecunias indebitè emungat, id enim citra simoniæ labem non posset, Card.  
Clem. abbasimibus in princ. ult. nos. ubi etiam Laurent. de Pin. de pœnit. & remiss. Guido  
Brianfonis in 4. sent. qu. 15. Concl. 2. Covoll. 3. col. pen, Henricus Botteus d. Concl. 17. nu.  
283. in fine.

In quibus non pauci occurrere possunt casus, quibus ordinarius se conservatori po-  
test opponere. Quid enim si conservator extra conservatorialis munus quid commit-  
tat: Quid si septa sua Commissionis transeat? Quid si occurrat casus, ut sunt multi  
cujus respectu Ordinarius major esse possit Conservatore? de quibus ego alio in loco  
scriptis de Jurisd. Ordin. in Exempt. tom. 2. part. 3. qu. 23. & Card. Tufchus Com. Concluf.  
tom. 4. Concluf. 436. verb. Judex. Ordinarius major delegato §. voluminis Auth ut Indices  
sine quoque suffragio Con. a. ubi. quam provincia in fine de crimine, Federicus de Senis  
Conf. 116. nu. 2. Bart. & Jacob de Ballo in d. §. voluminis.

Denique, quid si conservatoris sententia notoriè liqueat nulla aut injusta? uti alio  
in loco ostendi tom. de Jurisd. ordin. in Exempt. part. 3. qu. 128. vide fusè Farinacium de  
veris & diversis delictis vol. 3. qu. 97. nu. 67. & 77. necesse tamen est, ut sit nullitas aut  
injunctiva tam evidens, ut nulla ratione velari vel obscurari possit, Farinac. decif. 646  
nu. 2. part. 2. Franc. cap. dilecto nu. 155. de Appell. Fel. cap. inter cetera nu. 7. de Re Judicat  
Cornutus Conf. 10. nu. 3. lib. 4. Rota divers. dec. 85. nu. 4. lib. 1.

Q U Æ S T I O X I.

Episcopus an possit Ecclesiam construendam à sua jurisdictione eximere?  
S U M M A R I U M.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Facilius renunciatur juri querendo, quam<br>quæsito.               | 6. Episcopus non potest concedere exemptio-<br>nem à sua jurisdictione. |
| 2. Rei necdum existentis privilegium concedi<br>non potest.           | 7. Episcopus plura potest ante Ecclesia ad-<br>ficationem, quam post.   |
| 3. Condicio rei que non est, non subsistit.                           | 8. Remissio totius juris habet speciem alie-<br>nationis.               |
| 4. Servitus ædificio quod non est, imponi non<br>potest.              | 9. Episcopus in querendis præjudicare potest<br>Ecclesie.               |
| 5. Quod juris est de toto quoad totum, idem<br>de parte quoad partem. |   |

Videtur posse: quia facilius renunciatur Juri querendo quam quæsito, uti scripsi  
lib. 1. quæst. 3. num. 5.

Pro negativa facit, quod rei necdum existentis Privilegium concedi non potest. 2  
Joannes Andree in cap. qui senit. vers. 2. tertio de reg. jur. in 6. Donatioque rei quæ non 3  
est, fieri non potest. cap. Abbate sanè de re jud. in 6. servitusque ædificio quod non est 4  
im-



imponi non potest, l. i. ff. cum preced. Pari ratione dicendum, Episcopum à sua Jurisdictione eximere non posse Ecclesiam, quæ necdum est in rerum natura. Rationes sicut totali Exemptioni totius ordinis præjudicari non potest; ita nec etiam exemptioni particularis alicujus Ecclesie construendæ, si illius Clerici sint Exempti. cap. cum dilectus ubi Innoc. de consuet. Federicus de Senis cons. 247. quod enim Juris est de quo quoad totum, ita de parte quo ad partem. l. qua de toto ff. si pars hered. firmaturque ab analogia fori quod est inter Laicos, & Clericos. De qua ego supra lib. 1. qu. 4. Sicut enim Episcopus non potest concedere Ecclesie construendæ ut Laicus habeat in vocem c. nobis ubi Glo. jure patronat. Ita neque ut Ecclesia construenda à sua Jurisdictione & potestate eximatur. Federic. de Senis dicto consil. 241.

Neque obstat, quod ante Ecclesie ædificationem Episcopus plura possit capitula post illius ædificationem, quia id verum est si Capituli consensus accedat. Nam eo casu poterit eximere, licet non quoad omnia, alioqui secus. latè Farinac. De off. tit. 3. part. 2. Abb. c. cum olim 2. nu. 4. de privileg. Nam ejusmodi tertius Juris remissionem sapit. Clem. 2. de reb. Ecclesie non alienandis, atque ita hanc Conclusionem conciliandam censeo accedentibus iis quæ alibi scripti lib. 1. qu. 3.

Non obstat 2. quod dicitur Episcopum in quærendis quandoque præjudicari posse Ecclesie, quia id verum est si Capituli accedat consensus, alioquin secus. cap. quæst. 1. Abb. cap. cum olim nu. 4. de privileg.

Et ab istis rationibus pendet decisio quæstionis de qua ego alibi tom. 2. part. 1. scripti, videlicet num. concedi possit Exemptis facultas ædificandi Ecclesiam cum pacto, ut Episcopo subjiciatur. Conferunt etiam ea quæ infra notavi qu. 29.

---

QVÆSTIO XII.

Visitator an possit quempiam ob crimen commissum citatione non præviâ officio remove?

Distinguo: An privationis pœna incipiat à crimine, non à contumacia: Si à crimine, potest, si à contumacia non potest, monitione non præcedente. Feder. de Senis cons. 105. Quippe superflua esset eo in casu monitio, quo de delicto satis constaret, in omnemque eventum foret removeendus. cap. tua, de pœnis, signanter porrò in religiosis in quibus ordo Juris strictus non servatur c. qualiter 2. in fine de accus. secus verò si removeendus, in suis exceptionibus esset audiendus, uti latè respondit idem Federicus cons. 79. contra tamen visitationem non admittentes, procedi potest ad censuram sine monitione Canonica, uti supra ostendimus qu. 3.

---

QVÆSTIO XIII.

Capitulum sede vacante, an tanquam Episcopus possit visitare moniales Exemptas auctoritate delegata?

Epi-



**E**piscopus autoritate delegata visitare potest moniales Exemptas, Clem. attendentes de statu Monach. quæritur an ejusmodi delegata potestas transeat in Capitulum sede vacante? Federicus de Senis respondit non transire, *conf. 291*. Ratio est, quia in eis quæ Episcopo competunt auctoritate delegata, Capitulum non succedit, *cap. unico de major. & obed. in 6. Feder. de Senis d. conf. 291*. qua de re fufius videti poterit Joannes Francisci de Pavinis in suo tract. de officio & potest. Capituli sede vacante, & ego plenius scripsi supra *lib. 2. qu. 2. 23. & 1. 4. qu. 24.*

QUESTIO XIV.

Monachus Monasterii Exempti factus Abbas Monasterii non Exempti, an remaneat Exemptus?

SUMMARIUM.

1. Semel professus non debet iterum profiteri in eo Monasterio, ad cuius Prælatum assumptus est. Aliud Navar. placet. n. 2.
2. Monachus non obstante translatione, iura monachismi sui prioris Monasterii an retinet?
3. Senatus licet domicilium in urbe habeat, iura tamen originalis domicilii non amittit.
4. Canonici unius Ecclesie factus alterius Ecclesie Prælatus, iura prioris Ecclesie non amittit.
5. Prælatus non censetur esse de Collegio, licet illius caput censetur.
6. Monachus translatus ad aliud Monasterium, Prioris Monasterii iura non amittit. *Contra n. 8 & 9.*
7. Quid de Monacho facto Pastore? & an habeat in secundo Monasterio vocem.
8. Monachus Exemptus factus Abbas Monasterii non Exempti, an remaneat Exemptus?
9. Abbatialis dignitas superveniens, statum Priorem non auferre.
10. Monachus perpetuo manet ei Monasterio obligatus, cui professionem emisit.
11. Adeptus à Papa ordinis dignitatem, non ideo eximitur à suo Episcopo.
12. Monachus plenè translatus ad aliud Monasterium, absolutus est à primo.
13. Monachus factus Episcopus, acquirit Episcopatus non Monasterio.
14. Monachus factus Pastor, priveturque Pastoralis, non redibit ad suum Monasterium.
15. Abbas per sententiam amotus remanet ejusdem Monasterii Monachus.

**M**ulte alie ex quaestione ista profluunt quaestiones.

Prima, An qui ab uno Monasterio ad alterius Prælatum transfertur, debet à novo provideri?

Secunda, Quid si Monachus renunciet prælatum ad quam translatus est, an iura Prioris Monasterii recuperabit?

Tertia, si remaneat Monachus secundi Monasterii, an deposita Prælatum habeat in eo jus suffragii, & quale?

Quarta, & ultima, an Monachus Exemptus ad Monasterium non Exemptum trans-





translatus, remaneat exemptus, de quibus equidem quaestionibus, si otium esset, melius adferri possent, quae brevi loquio hoc circumscribo. Quo ad primam, necesse non est ut semel professus iterum eo in Monasterio ad cuius Praelaturam transferatur profiteatur, respondit Feder. de Senis *conf. 5. & conf. 9.* Semel enim profitendo omnes alias religiones quoad eorum substantialia, professus esse censetur. *Hofst. ad Ap.olicam de statu Regularium, late Petrus de Perisco, tract. de mutatione status Ecclesiarum personarum vol. 15. c. quorundam de elect. in 6. & cap. Nullus cap. in demeritis eorum 6. cap. 1. in fin. & s. sane vers. nisi expresse professus, de statu Monach. sufficere enim videtur sola superioris auctoritas transferentis, per quam Monacho translato jus administrandi conceditur, cap. cum in cunctis cap. qualiter cap. nostri c. 9. transmissa cap. nullus de elect. cap. sicut iuris de simonia cap. cum venerabilis de consuet. Feder. d. conf. 5. At vero contra novam possessionem faciendam late respondit Navarr. *conf. 60. de Regular. ubi respondet Federico.**

Secunda quaestio perplexa est.

Pro parte enim affirmativa scilicet quod Monachus non obstante translatione.

Jura Monachismi sui prioris Monasterii retineat, militans rationes sequentes: immo in senatores licet domicilium in urbe habeant, attamen Jura originalis domicilii non amittunt, *l. si quis. ff. de advocat. d. vers. l. 1. ff. de Alb. scrib. sunt enim jura illa origina-ria potiora accidentalibus, uti discutendo mixturas late ostendit Romanus in s. pulationem ff. de verb. oblig. Navarr. comment. 2. nu. 34. de Regular.*

Deinde, Canonicus unius Ecclesiae factus alterius Ecclesiae Praelatus, jura Canonica prioris Ecclesiae non amittit, *cap. luterus de Conc. prab. analogiam autem quorundam esse inter Canonicos Seculares, atque Monachos, colligitur ex notatis Holstenis in cap. fin. de Relig. dom.*

Praeterea, Prelatus non censetur esse de collegio, licet illius caput censetur, *cap. 2. de concess. prab. cap. unico de Sede vacante. Feder. de Senis conf. 100. & consequenter privilegium Prioris Monasterii non admittit: quia a separatis illatio fieri non potest, praesertim quando translatio non est pura pura, Feder. de Senis conf. 134.*

Denique Monachus translatus ad aliud Monasterium penitentiae causa, Prioris Monasterii jura non amittit, *Farinac. decis. 109. part. 2. & decis. 115. part. eadem.*

At vero contra, quod Prioris Monasterii Jura non retineat, videtur, quia per translationem ad secundum, ad prius cui renunciavit, redire non potest, *cap. cum prae-riculosum 7. qu. 1. Feder. de Senis conf. 5. Navarr. tom. 2. de Regularib.*

Praeterea, Monachus factus Abbas, amittit jura Monachalibus, sicuti dicitur de filio factio patre, quia jura filiationis etiam amittit, *sicut has de simonia, cap. luterus de conc. prab. c. cum in Ecclesia de conc. prab. in 6. ut & de Canonico factus Episcopus post renunciationem Episcopatus jura sua Canonica non recuperabit, c. ex insinuatione de simon. cap. ex transmissa de Renuntiat.*

Rursus, Monachus factus Rector Ecclesiae Parochialis absolvitur a juro Abbatiae, &



tia, & si Parochia renunciet, non revertetur in potestatem Abbatis, sed manebit Episcopo loci subiectus. *Archidiaconus. cap. non pro cuiuslibet 16. quest. 1. Feder. de Senis.*

Tertia questione (quæ patet per eos proponitur) utrum habeat in eo vocem & qualitatem, respondet Federicus de Senis *d. conf. 5. C. 19.* quem cui orium est, videat ad nauicam.

Quarta questio, hypotheli meæ quadrans est de Monacho exempto, qui fit Monasterii non Exempti Abbas, utrum remaneat exemptus? affirmativæ opinionis rationes sunt sequentes:

Prima dignitas Abbatis superveniens non aufert statum priorem, sed novum ad se habet. *Senatores. ff. Senatores. ubi filii. §. Senator. ff. ad Munic. l. si quis. de rogatis C. de advoc. divers. iud. secunda, Monachus perpetuo manet ei Monasterio obligatus, cui professionem emisit, cap. si quis de iure iur. non enim est à jure alienum, ut quis uni Ecclesie subiciatur, & alteri ratione Prælationis dominetur, cap. ex ore c. cum capella de privileg. Tertia, sicut adeptus à Papa ordinis dignitatem non ideo eximitur à suo Episcopo c. per tuas de Major. C. obed. Sic videtur, quod adeptus alterius Monasterii Abbatiam à suo Monasterio, illi que privilegii in quo per professionem subiectus est, non eximitur.*

At verò pro negativa militant hæc sequentes:

Prima, quia Monachus plene translatus ad aliud Monasterium, absolutus est à primo capite pro cuiuslibet 16. quest. 1. cap. cum in cunctis de elect.

Secunda, Monachus factus Episcopus acquirit Episcopatum & non Monasterio, cap. cum olim 2. ubi glo. verb. restitutionem de privileg. translatus enim ad aliam Ecclesiam, nihil amplius commune habet cum priore, cap. si quis iam translatus 21. qu. 2. arg. liber homo ff. de statu hom. l. fin. C. de rem pig. qua de re etiam vide decif. Farinacci 109. part. 2. nec potest quis esse unius Monasterii Abbas & alterius Monachus, cap. Constat de elect. cap. fin. de rel. dom. cap. Presbyteros 17. qu. 1.

Tertia, si Monachus fiat Pastor, renuncietque aut privetur pastoratu, non poterit redire ad suum monasterium. *Feder. de Senis conf. 19. Clem. 1. in fine de statu Monach.*

Quarto, Abbas per sententiam motus, remanet ejusdem Monasterii monachus, cap. cum ad Monasterium de stat. monach. cap. dilectus 2. Simon. ubi Innoc. cap. officii sui de elect.

Quinta, Monachus exemptus præfectus loco non exempto, privilegio exemptionis non gaudet, cap. 3. de tempor. ordin. c. 1. in fine de Privileg. in 6. *Feder. de Senis conf. 19.*

Sexta, exemptus regularis translatus ad beneficium Seculare, definit esse subiectus suo Ordini. *Navarr. conf. 6. nu. 3. de Testamentis.*

Septima, Religiosus beneficiatus non acquirit suo Ordini, sed beneficio cui præfectus est. *Navarr. conf. 6.*

Ultra porro pars videatur amplectenda, suum cuique esto iudicium. *Q. V. E.*

Handwritten text on the book's spine, including the number 23.





Q U A E S T I O X V .  
 Abbas an possit Monachum præficere alicui Ecclesiæ Sæculari.

S U M M A R I U M .

1. Statu mutatio spectat ad Episcopum.
2. Monachi non possunt soli capellas inhabitare, possuntque revocari ad nutum Superioris.
3. Monachi possunt ad Ecclesias Sæculares promoveri.
4. Monachus factus Pastor, liberatur de obedientia Abbatis.
5. Quicquid acquirit, Episcopo, non Abbati acquirit.
6. In mixtura Monachationis & Sæcularitatis, utra alteri præponderet?

**V**idetur quod non: tum quia id non ad Abbatem, sed ad Episcopum officium pertinet, ad quem, non ad Abbatem spectat immutatio status Ecclesiæ. *Hos. c. quod dicitur de statu Monach. Innoc. c. sicut unire de Eccles. Prælat. Hist. cap. possessiones de reb. Eccles. non alien. Archid. c. per venue. 18. qu. 2.* Tum quia Monachi non possunt soli capellis inhabitare, possuntque semper ad superioris nutum revocari, *DD. d. §. ad hoc Fed. de Senis conf. 134. & 136.* quamvis si sine causa revocetur, ipso se Abbati possit opponere. *Idem verò, è contra militaturgens ratio: nimirum, Monachos posse ad Ecclesias Sæculares etiam Parochiales, etiam si sint Episcopales promoveri, promotique liberati sunt à Monasterii jugo, totique subiecti sunt Episcopis, quibus Ecclesiæ sunt subiectæ, latè Wames. conf. 465. tom. 2. quem vide questionem hanc latè tractantem, vide quoque cap. 1. & 2. dist. 58. c. ne pro consuetudine 16. qu. 1. ca. uno 18. qu. 1. Feder. d. conf. 136. latè Hoji. d. cap. quod Dei de stat. Monach. Jo. Andr. Clem. 1. de elect. quod maxime procedit, cum Monachus ad curam aliquam Pastoralem promovetur: nam tunc ab obedientia Abbatis liberatur, & Episcopi subiicitur potestati, latè Feder. conf. 134. Jo. à Chol. frater meus in Comment. ad Regulas Cancellaria Reg. 65. nu. 13. eoque casu non remanet Monachus Monasterii, nihilque tunc commune habet cum Monasterio, cap. uno 14. qu. 1. cap. si quis jam translatus 21. qu. 2. de Clem. 1. de statu Monach. cap. 1. de statu Monach. in 6. cap. cum & plantare §. in Ecclesiis, de privileg. in 6. Navarr. conf. 6. m. 3. de testam. Sed omnia ejus acquisita sunt Episcopi, & non pristini sui Abbatis. Navarr. dicto concil. 6. in fin. & com. 2. nu. 38. & com. de Regular. Denique disquiri etiam potest in mixtura duplicis qualitatis, Monachationis & Sæcularitatis, utra præponderat alteri? quæ de re vide Romanum hanc mixturam plena manu tradentem in l. stipulat. nu. 19. 24. & 25. ff. de verb. obligat.*

Q U A E S T I O X V I .  
 Abbas an suum Monachum possit absolvere ab Excommunicatione lata à Canone?

**F**edericus de Senis *conf. 14.* fusa in utramque partem dissertatione respondit non posse, & ideo Monachis pro tali absolutione ad Episcopum etiam recurrendum,



dam, uti eodem in loco post aeneipitem disputationem concludit idem Federicus d. conf. 14. idque nisi talis sit Abbas, cui praescriptione, aut privilegio Jurisdictionis Episcopalis competat. cap. Abbates de Privileg. in 6. Clem. 1. ubi Glo. verb. propriis de reb. Eccl. non alien. qua de re vide etiam Abbatem. Monachi nu. 4. de sent. excomm. ubi dicit quaestionem esse perplexam, ideo Lectoris iudicio utram sequi malit opinionem relinquo.

Q U A E S T I O XVII.

Monachus Exemptus factus Pastor, utrum exemptionem retineat?  
S U M M A R I U M.

1. Monachus factus Pastor, privilegia Monasterii non retinet, nec talis aebet ad electionem, alioque Monasterii tractatum vocari.
2. Monachus per assumptionem ad Ecclesiam Parochialem, liberatur à jugo Monasterii, desinitque esse Monachus claustralis.
3. Nec morari debet in Monasterio.
4. Limita ut nu. 4.
5. Monacho emancipato quis succedat.

**N**onquam: quia talis privilegia Monasterii non retinet. Innoc. hist. cap. ult. de Reb. dom. & in c. 1. in fin. de Privileg. in 6. Feder. conf. 35. col. 7. nec debet ad electionem, alioque Monasterii tractatus vocari, Innoc. Host. & Feder. d. loco, ut nec in illius personae Monasterium commodum aliquid sentire potest. Fed. d. loco. conf. 35. Neque refert, quod talis non desinat esse Monachus: quia per talem curam Parochialem liberatur à jugo Monastico, desinitque esse Monachus claustralis, Feder. d. conf. 35. col. 7. estque Monachus quidem habitu, sed non actu. DD. cap. de multa de prob. Innoc. cap. licet Canone de elect. in 6. Feder. d. conf. 35. col. 10. ideoque nec vocem habet in Capitulo, nec morari potest in Monasterio, Innoc. & Host. cap. ult. de reb. Archid. c. 1. in fin. de privileg. in 6. cap. 1. de statu Monach. c. relat. de testam. Feder. d. conf. 35. col. 10. §. II. Quod tamen verum intellige de Monachis, qui per suos Praelatos praefecti sunt Ecclesiis non unitis, & incorporatis Monasterio: nam de his talibus, certum est illos subiectos remanere, nec censentur proprie ex Monasterio, nec ab obedientia Abbatum translatis, eleganter Wamesius conf. 70. de Judic. num. 17. Quis autem succedat Monacho emancipato late discutit idem Federicus d. conf. 35. & etiam Navarrus conf. 6. n. 3. & fin. De Testamentis, supra etiam à me laudatis q. 14. q. 4. in fin.

Q U A E S T I O XVIII.

Concursum an sit locus in Parochialibus Monasterio annexis, aut subiectis?  
S U M M A R I U M.

1. Promotus ad Ecclesiam alicui Monasterio subiectam vel annexam, examinari in Monasterio.
2. Ecclesia qui probeur annexa vel unita Monasterio.
3. Quid de Ecclesiis vicariis?

**N**on esse eiusmodi Ecclesias alicui Monasterio subiectas vel annexas, aut de mensa,



mensa, concurui obnoxias, sed satis esse quod ab Episcopo iudicentur idonei, de  
 finivit Rota Romana. *Farin. decif. 102. nu. 1. part. 1. juxta tradita cap. 1. de capell. monach.*  
 Ecclesiam autem subjectam esse annexam, vel de mensa, multifariam probatur, de  
 2 quidem primo per instrumenta unionis vel annexionis. *Farina. d. decif. 102. nu. 1.*  
 secundo, per alia indicia, nimirum si proberetur Monasterium ante Ecclesiam aedifica-  
 tionem domini jure habuisse fundum in quo Ecclesia inaedificata est. *glo. & DD. de  
 de Monach. verb. proventibus de prebendis. Butr. c. eam nu. 11. vers. nota hanc glossa  
 atate & qualis. Fel. cap. ex parte 2. nu. 1. & seqq. de Rescriptis.*

Tertio, per solutionem onerum: solutio enim onerum pro aliqua Ecclesia deno-  
 tat Dominium illius Ecclesie pro qua ejusmodi onera solvuntur, ad solventem perti-  
 nere. *d. cap. de Monachis d. cap. avarusa de prebend. Lambert. d. loco de quo articulo vide  
 etiam quae infra scripti qu. 23.*

Quae conclusio etiam ad Vicarias perpetuas Monasteriorum est extendenda, uti  
 3 resolvit idem Farinaceus *d. dec. 102. nu. 9. & 10. part. 1.* quia de deputatione Vicarii  
 perpetui Ecclesia non definit esse de mensa. *Vnal. Clem. frequens nu. 35. & 34. de ex-  
 cessibus Pralat. Farin. d. decif. 102.*

---

### Q V A E S T I O XIX.

An per clausulas derogatorias derogetur privilegiis habentibus clausulas  
 derogatorias clausularum derogatarum?

#### S U M M A R I U M.

1. In ambiguis recurrendum ad S. Sedem.
2. Quod etiam extenditur in ambiguitate rescriptorum.

**D**ecisio hujus dubii pendet ab energia & pondere clausularum, uti respondit  
 licet ambiguis, Federicus de Senis *conf. 233. adde Decium cap. quod semel de reg.  
 Jur. in 6. Cravet. conf. 119.* Si vero clausulae sint tales, quae eadem pensari possint trutinam,  
 neque ex eis possit iudex animi sui motum alterutram in partem deflectere, erit pro  
 1 interpretatione ad S. Sedem recurrendum, *cap. inter alia de sent. Excomm. cap. ordinarii*  
*& si vero de offic. ord. in 6. cap. de sent. Excom. c. ordinarii & si vero de offic. ord. in 6. cap. cum*  
*venisset de Judicis. Feder. d. confil. 233.* ut & quoties de interpretatione, veritate, falsita-  
 2 tate Rescriptorum dubitarum est, ad S. Sedem rescribendum. *Feder. de Senis conf.*  
*219. arg. etiam c. 2. de Rescript. & cap. 2. de crim. falsi cap. in memoria dist. 19.* alioquin  
 enim id negligens, falcem suam in messem Pontificiam immittere censetur. *d.  
 cap. ordinarii & in alia specie fautor falsificantium existimabitur, c. quanta de sen. Ex-  
 com. cap. negligere 23. qu. 7. Feder. d. conf. 219.*

---

### Q V A E S T I O XX.

Quae est vis clausulae, Quorum tenores, &c.

SUM-



1. *Clauſula* Quorum tenores, operatur ſpecificam omnium eorum ad qua illius ſe  
relatio, expreſſionem.

Limitis, ut n. 2, 3, 4. & ſeqq.

Breviter dico, expreſſionem operari ſpecificam omnium eorum ad qua fit il-  
lius relatio. *Mohed. dec. 9. de Reſcriptis Caſſiad. dec. 10. ſuper, reg. & ſuit ſapè deci-*  
*ſum. Butr. conf. 2. alias 49. nu. 6. Farinac. dec. 466. nu. 5. part. 1. idque niſi in reuocatione*  
*Privilegii certa forma requiretur. glo. cap. Inquiſitores verb. expreſſe de Hereticis in 6.*  
quod enim fieri debet expreſſe, non ſubſiſtit, ſi fiat alio modo. *Decius conf. 165. uti*  
*de reuocatione Privilegii Societatis Jeſu & ordinis S. Clare tradit Anthonius de*  
*Amatis, Marchia dec. 17. Calder. conf. 11. Et ſi ſecus diceremus, contingere poſſet Pa-*  
*cam reuocare id quod probabiliter ignorat, nimirum privilegia qua ſunt facti. Rom.*  
*conf. 227. Amatus d. decif. 17. nu. 5. Feder. conf. 233. Quod extendo, etiamſi derogationi*  
in factio conſiſtentea, qua Pontifex poteſt ignorare, *Cravet. conf. 119. ſignanter verò*  
ſi ageretur de reuocando Privilegio à pluribus Pontificibus confirmato; illud enim  
difficilius tollitur. *Decius conf. 165. num. 3. Amatis d. decif. 17. num. 9. quemadmodum*  
*deſi ueretur favor piæ cauſæ. Dec. d. Conf. 165. num. 5. aut Religionis, idque propter*  
publicam utilitatem. *Alex. conf. 123. Amatus d. decif. 17. n. 9. Vroius opin. 641.*

Q V Æ S T I O XXI.

Episcopos an poſſit in locis exemptis ſuae diœceſis divina celebrare?  
SUMMARIUM.

1. Episcopos habet per totam ſuam diœceſim in iurisdictionem fundatam.
2. Etiamſi monaſteria ſint, aut loca regu-  
laria.
3. Episcopos Pontificalia exercet in locis ex-  
emptis ſuae diœceſis.
4. Niſi tamen de aliquo privilegio contrario  
doceatur.

Sacrum Rotæ Romanæ Auditorium reſpondit poſſe, *Farinacius dec. 238. part. 2. 1.*  
Cum enim Episcopos per totam ſuam Diœceſim Jurisdictionem habeat, cap.  
omnes Baſilicæ 16. qua. 7. *Verall. dec. 201. part. 1. etiamſi Monaſteria ſint, aut loca re-*  
*gularia. Abbas 2. cap. Abbates 18. quaſt. 2. conſequens eſt, ut ipſe divina Pontificalia*  
que in qualibet ſuae Diœceſis Eccleſia poſſit exercere. *Clem. 2. ubi. Card. n. 5. & ſimili*  
*n. 5. verſ. 5. quæ de Privileg. Paninus de viſitatione part. 2. q. 3. n. 9. Paulus Fuſcus de vi-*  
*ſitatione & regim. eccl. c. 8. n. 5. Pontificalemque in iis ſedem ad divina celebranda*  
collocare. *Bonf. d. Clem. 2. n. 10. Idque niſi ſpecialiter de aliquo privilegio exenptio-*  
nis doceatur. *c. cum & plantare de privil. gl. d. c. omnes Baſi. verb. poteſtat. Far. d. loco.*

Q V Æ S T I O XXII.

Episcopos eximens Eccleſiam, an cenſeatur viſitationem correctionem-  
que à ſe abdicare?  
Kkk

SUM.



1. Episcopus non potest eximere Ecclesiam à jure visitandi, &c.

2. Ecclesia fundata cum pacto, ut alteri quam Episcopo, poterit nihilominus visitari à Episcopo.

1. **F**edericus de Senis *conf. III. num. 4. conf. 247.* respondit, Episcopum talitege Ecclesiam eximere non posse, licet alii sint qui distinguant, an talis exemptio concedatur Ecclesie construenda, vel jam constructa, ut videtur ex Doctoribus à Prospero Farinacio laudatis *dec. 30. nu. 6. & 7. pari. 2. Fel. c. cum Venerab. n. 33. de except.* dicens, quod ecclesia fundata cum tali pacto, ut subdit alicui v. g. Abbati, nihilominus suberit Episcopo. *Abb. c. cum dilectus n. 4. de consuet. Decius conf. 121. n. 3. Innoc. c. Lateran. n. 5. de Preb. Barth. l. quoties §. si. n. 1. ff. de adju. tut.* qua de re videtur iam quæ supra scripti cap. 11.

Q U Æ S T I O XXII.

Jurisdic. alteri in subditos ordinarii competens, an Ordinarius excludat?  
**A**D hoc collineandum est, an ex diplomate liquet Jurisdictionem concedi esse privative vel accumulative. *Gabriel. conf. 195. lib. 2. Barth. l. 1. C. de off. 1. p. p. fecl. urbis. Bald. l. unica §. ubi autem n. 6. C. de caduc. roll. Anchar. conf. 164. latè Rom. conf. 393. Castr. l. testam. nu. 6. de testam. Fel. ca. Pastoralis de offic. ord. & ibi DD. Quomodo articulo licet in dubio communiter concludatur Jurisdictionem accumulative censere concessam, latè *Farin. decif. 33. pari. 2. & Menoch. li. 2. praf. 18. & DD. jam laudati.* sunt tamen qui variè hanc theoriam communem restringunt, *Menoch. praf. 18.* nimirum, nisi Jurisdic. concedatur favore ejus cujus interfit non habere plures iudices. *Bald. d. l. unica n. 3. Fel. d. cap. Pastoralis nu. 2. Farinac. decif. 30. n. 4. pari. 2. Afflicti decif. 41. nu. 2. Menoch. d. Praf. 18. nu. 26. & seqq. plerumque enim nonnullorum interfit non habere plures iudices aut visitatores. Angel. l. si testamenta vers. si favore C. de testam. Bald. Ante habita nu. 59. C. ne filius pro patre. & quandoque favor aliorum potest ut complures habeant iudices, veluti alio in loco ostendi, similiter restrictivè. *Farinac. d. dec. 33. nu. 2. pari. 2. Abb. cap. Pastoralis nu. 6. vers. sed in regularibus a. liud puto & ibi Fel. nu. 4. de offic. ord. ita concludit Farin. decif. 30. & 33. pari. 2. Menoch. d. Prafump. 18. nu. 6. Surdus conf. 56. nu. 13. in quo tamen, quia spinosior est hic articulus. pedem nunc non figo, ideò vide ea quæ alio loco scripti l. 1. g. 17. n. 2. 2. & seqq.***

Q U Æ S T I O XXIV.

Utrum Ordinarius teneatur Exemptum à se excommunicatum absolvere ad cautelam.

**S**I Excommunicatus alleget Jurisdictionis defectum in iudice ordinario ratione exemptionis, non est ita facile danda absolutio ad cautelam, nisi prius exemptio aliqua



aliqua ex parte probetur, saltem semiplena probatione, ne Judici ordinario passim illud fiat, Innoc. Dom. & Franc. cap. solet nu. 10. de sent. excom. in 6. Covar. in rep. cap. Almatator part. 1. §. 12. n. 7. eod. in 6. fol. 384. Roia decis. 308. in novis & dec. 116. in An- tuquis. Quod secus est, quando Jurisdictio excommunicantis fundata non est de Jure communi, ut latius exemplis illustrat Philippus Francus d. cap. solet. nu. 18. & novis- sime Profer. Farinac. dec. 382. par. 2. tradens Ordinarium habere t. m. pro se Juris com- munitis adhesionem manu tenendum esse, si alii ad sint actus possessorii, quamvis ex adverso actus contrarii proponatur, uti latius videre est apud eundem Farinac.

QUESTIO XXV.

Utrum de causa exemptionis subjectionisve transigi possit? Distingendum est, ut gratis transigere liceat, at verò ut non gratis, sed aliquo temporali dato, vel accepto, non liceat propter simoniacam labem, quæ si spiritualis sit Jurisdictio, prohibetur. text. cap. preterea 2. de transact. ubi Innoc. & DD. unde consequens est, ut si transactio censu aliquo novo roboretur, non subsistat, secus verò si antiquus fortè remittatur, veterem enim censum, cum sit jus spirituale, possit Ecclesia subiecta pro exemptione consequenda remittere dominantæ, uti tra- dit Innocentius d. e. preterea.

QUESTIO XXVI.

Unius Ecclesiæ alteri Ecclesiæ subiectio an probanda.

SUMMARIUM.

1. Una Ecclesia alterius ancilla esse non de- bet.
2. Una Ecclesia alteri subiecta esse potest, subiectioque ab eo probanda est, qui in ea se fundat.
3. Probare quisque debet id quod sua inten- tionis est fundamentum.
4. Testes de subiectione deponentes, quali- ter deponere debeant.
5. Duplex subiectionis species.

Licet regulariter una Ecclesia alterius ancilla esse non possit, Bald. cap. item si Epi- copus num. 3. tit. Episcopum vel Abbatem, cap. quia per ambrosiam de Rescriptis in 6. Alphonsus Soto ad reg. Cancell. 12. n. 2. ubi Ioannes à Chokier frater meus fol. 264. mhi- lomitus tamen una Ecclesia alteri subiecta esse potest, subiectioque ab eo proban- da est, qui in ea subiectione se fundat. Far. in decis. 39. per tot. part. 2. probare enim quisque debet, quod suæ intentionis est fundamentum. l. ei qui ff. de probat. Far. decis. 697. nu. 1. 717. nu. 4. par. 1. qua quidem in probationis specie, id peculiare est, ut testes de subiectione deponentes, dicti sui rationem adijciant, alioquin non probant. Bald. conf. 286. nu. 3. lib. 2. & Egid. decis. 64. Anteus dec. 282. lib. 1. Caputq. decis. 34. lib. 1. Far. decis. 39. nu. 1. in fin. part. 2. Quibus autem modis una Ecclesia alteri subiecta probari possit, infra, peculiaribus quaestionibus ostendi, qu. 32. 33. 50. & 59.

Kkk, 2

Potro



Porro, duplex recenseri potest subjectionis species. *Wamef. conf. 455. de Regal. tom. 2.* una mediata, altera immediata: hæc ita dicta, quod sine medio proximo cui subicitur, & in quo nemo in superioritate præcedit, *l. proximus ff. de verb. signifi. lo. Monachus cap. cupientes nu. 29. de elect. in 6. uti ego alio in loco exemplis ad hæc demonstravi tom. 1. l. 1. q. 2. in fin.*

Q U Æ S T I O XXVII

Subjectio unius Ecclesie, quanto tempore præscribitur?

**P**AUCIS respondeo annis quadraginta. *Farin. doc. 39. part. 2.* idque respectu Actuum qui præscripti sunt: subjectio, n. præscripta quo ad certos actus, non extenditur ad alios actus non præscriptos. *Archid. cap. plures in pr. 16. qu. 1. Farin. d. decif. 39. nu. 2.* quod restringo, nisi subjectio fulciretur ad iustitiam Juris communis, *c. cum persona de Privileg. in 6. Farin. decif. 273. nu. 1. & 2. part. 2.* Jura cum tunc actus sint causati de titulo universali, extendendi sunt ad aliorum actuum possessionem universalem: quippe quod magis attendenda sit causa actus, quam illius actus exercitium. *Ball. l. 1. in 2. nu. 24. vers. du. dec. C. de Emancip. cap. auditis nu. 19. de præscript. Farin. d. decif. 273. nu. 2. in fin.*

Q U Æ S T I O XXVIII.

Episcopus an manutenendus est in possessione universalis suæ Jurisdictionis adversus Archidiaconos Jurisdictionem causarum criminalium aut matrimonialium prætendentes?

S U M M A R I U M.

1. Episcopus manutenendus in sua jurisdictione adversus Archidiaconos.
2. Etiam si prætendant possessionem immemorabilem, modò tamen illa non sit valida aliquo titulo.
3. Archidiaconi prætendentes aliquam jurisdictionem, debent illam specificè probare.
4. Pendente causa jurisdictionis, Episcopus non potest aliqua inhibitione impediri.
5. Ad probationem temporis immemorabilis qua requirantur.
6. Quasi possessio non acquiritur ab patientia & scientia ejus adversus quem præscribitur.

**R**espondetur, Episcopum habere assistentiam juris communis, & Concilians, ideoque eum in sua universali Jurisdictione manutenendum, *cap. cum persona ubi Franc. de Privileg. in 6. cap. cum Episcopus de offic. rod. in 6. cap. omnes Basilica 16. qu. 7. Rom. conf. 180. nu. 4. Feder. conf. 145. n. 6. latè Farinac. decif. 343. & 248. per tot. part. 2. & dec. 273. ead. part. Conf. Trid. sess. 24. c. 20. §. ad hæc de reform. idque etiam si Archidiaconi prætenderent possessionem immemorabilem: dummodo tamen ejusmodi possessio immemorabilis non sit per aliquam rem judicatam, aut titulum æqui-*



pellentem roborata. *Farinac. dec. 322. part. 1. decis. 273. Philipp. Franc. d. c. cum persone,*  
 quo fit, ut si Archidiaconi praeferant aliquam Jurisdictionem, debeant eam pro-  
 bare specificè, *Innoc. cap. super his n. 10. de accus. Bart. l. in illa n. 5. ff. de verb. obl. g. Far. 4*  
*d. decis. 243. nu. 2.* pendente quae ejusmodi causa, Jurisdictio Episcopi non potest ali-  
 quatenus inhibitione impediri, *Farin. decis. 493. nu. 1. par. 2.* Quia in materia animadverten-  
 dum, ad probationem temporis immemorialis multa requiruntur, quae à Doctoribus re-  
 cententur, *glo. cap. 1. ubi Franc. n. 16. & ibi DD. de praescript. n. 6. Gabriel com. concil. l. 5.*  
*de praescript. cons. l. n. 21. Covarru. in cap. possessor part. 2. §. 3. nu. 7. de reg. Juris in 6. Re-*  
*l. 1. de decimis qu. 13. nu. 99. mirum ut testes sint ut minus aetatis annorum 54. de*  
*vil. per annos ut minus 40. ante litem motam deponentes. DD. d. cap. 1. Farinac. d.*  
*dec. 248. n. 53.* Denique, necesse est ne immemorialis ista praescriptio impedia-  
 tur per actus Jurisdictionales in contrarium per Episcopum gestos, *Socinus cons. 7.*  
*n. 11. lib. 1. Puteus decis. 436. lib. 2. Farinac. d. dec. 248. n. 7. part. 2. & dec. 324. nu. 13. part.*  
*1. Bartol. l. naturae n. 27. in fin. ff. de usufrucap. & praescripti. Franciscus Balbus de Prae-*  
*scriptiombus 3. parte 6. par. 4. nu. 40.* Insuper, ne ignorantia Episcopi curiam  
 ejusmodi praescriptionis impediatur. Nam in corporalibus quasi possessio non ac-  
 quitur absque scientia, & patientia ejus, adversus quem praescribitur, *Puteus decis.*  
*269. n. 3. lib. 1. Farinac. decis. 501. nu. 4. part. 2. praescriptum etiam quod Conc. Tridenti-*  
*num habeat clausulam irritatam Jurisdictionem causarum criminalium & matri-*  
*monialium Episcopo competentem, Far. dec. 610. nu. 3. & 4. part. 2. quae licet titu-*  
*lum & possessionem inficit, Sarnensis in reg. de triennali qu. 31. Farinac. d. dec. 610.*  
*num. 3. non tamen detentionem ac insistentiam facit, quae sola sufficit in Judicio*  
*summatim ad manutentionem, Farinac. dec. 752. nu. 6. part. 2. Cast. l. attitus num. 5.*  
*ff. de donat. Nevifan. cons. 80. n. 3. Laurent. Silvanus cons. 27. Covarruvias praescript. qu. cap.*  
*17. n. 15. Menoch. de res. poss. Remed. ult. nu. 8. Lancollot. de attentatis part. 2. cap. 2. q. tit.*  
*de reo n. 77. & ita hanc quaestionem restringo, ut & in causarum criminalium Ju-*  
 risdictione. Quid autem si utriusque par & aequalis probetur possessio per aliquem  
 titulum roborata? vide plenè Doctores hic apud Farinacium laudatos *decis. 533. per*  
*tot. part. 2. & dec. 610. num. 3. & 4. part. 2.* quae de re etiam videri poterunt quae infra  
 scripti, *qu. 52. & 27.*

QUESTIO XXIX.

Fundari an possit Ecclesia cum pacto ne sublit Episcopo?

Neutiquam Bartholus. quoties §. fin. de adm. tit. Fel. ca. cum venerab. num. 33. de ex-  
 cept. Innoc. cap. cum Lateranen. n. 5. de praebend. Abbas cum dilectus nu. 4. de con-  
 suct. c. 1. n. 13. de Eccles. adifican. & in d. cap. cum Venerab. nu. 33. ubi Dec. not. 10. & cons.  
 121. n. 3. cap. si quidam 10. quaest. 1. Rota decis. 10. de testam. in antiq. Farinac. dec. 30. n. 5.  
 par. 1. Conferunt quae ad hanc quaestionem ea quae superius scripsi qu. 9. & 11. 22.

Rkk 3

QUAESTIO



Q V A E S T I O XXX.  
Milites Hierosolymitani an testari possint?  
S U M M A R I U M.

1. Milites Hierosolymitani an sint Religiosi, vel Clerici, aut laici?
2. Testari non possunt, ne quidem de patrimonialibus.
3. An sint successione capaces?

1. Hierosolymitanos milites summis à Pontificibus dotatos esse exemptionum privilegiiis compertum est, illud autem hic quaero, num Religiosi sint & testari possint? sunt qui de his variè existimant: aliis ipsos esse Religiosos, aliis Clericos, aliis mixtos esse censentibus, Anton. de Milit. in reperi. verb. Religiosi si sint fratres Mandos. ad Reg. Cancell. 16. qu. 51. n. 4. tex. & Glos. cap. 1. de verb. signific. Abb. Rob. de Regularibus nu. 2. Ideoque eos sub odiosa dispositione non comprehendi, Sylvest. verb. religio num. 4. declarat. ad Conc. Trient. sess. 5. cap. 15. de Regularib. ubi etiam vide Aug. Barbosa: ego omisso disputationum conflictu respondeo eos testari non posse. Paleatus d. 18. Caputag. decis. 68. lib. 1. Ratio est, quia ipsi sunt verè Religiosi: qui cum non sibi, sed Monasterio acquirant, late Farinac. dec. 323. par. 2. Tuschus con. Concl. 107. incip. milites seu equites, testamenti factionem activam habere non possunt. Abb. c. 2. nu. 3. in fin. de statu Monach. cap. cum ad Monasterium in fin. eod. tit. cap. in presentia de probat. a. ubi. Ingressi C. de sacros. Eccl. idque obtinet non modò in rebus per os acquisitis, sed etiam in patrimonialibus istis, quæ à majoribus possentobvenire. Farin. dec. 76. part. 2. Cum enim non habeant velle, aut nolle, Mole d. dec. 10. in fin. de causa poss. & propr. conlequens est ut supremum illud velle, post quod aliud non datur, habere non possint. late Farin. d. decis. 76. & 87. & dec. 177. per tot. part. 2. late Franc. Rub. de testam. in 6. n. 65. qua de re videri plenè poterit Lissous Booffart de rebus Melitensibus, in quo omnia istius Ordinis privilegia reperies. Item Aristographum Paponem, qui refert eos successione esse capaces ab intestato, sed usufructu tantum, Papon in arrestis Francia l. 1. ut. o. art. 6. quo etiam tit. varia de hæreseos, Decimarum, congruæ portionis, coram ordinariis posse conveniri: apud quem fuit hæc discussa invenies.

Q V A E S T I O XXX.

Quæ sit Energia clausulæ: *Sublata iudicibus aliter iudicandi facultate.*  
Frequens est hæc clausula in exemptionum privilegiiis, cujus vis hæc est, ut per eam os claudatur parti Judicique, etiam potestas aliter iudicandi auferatur. Card. cap. quia diligenti in 2. quæst. de elect. Barb. l. final. C. de Canone frument. l. 11. Papon. cons. 1. nu. 38. l. 4. Putens decis. 50. lib. 3. Caputag. dec. 134. part. 4. Farin. dec. 180. par. 2. idque nisi exceptiones in Jure fundatæ adferrentur, similes enim Clau-



Clausula, ut & quod dari non possit de sub & obreptione, frivolas tantum exceptiones tollunt, non verò quæ in Jure sunt fundatæ, *Farinac. dec. 461. part. 1.* Inde que est quod dolosis aut enormiter lætis, tales clausulæ non habeant suffragari. *l. in fundo ff. de rei vend. l. qui sub preætextu C. de sacros. Eccl. Farin. d. decis. 461. n. 3.*

QUÆSTIO XXXII.

Ecclesia quando dicatur esse de mensa Monasterii.

SUMMARIUM.

1. Ecclesia unica Monasterio annexa censetur, quando sita est intra Monasterii dominium seu territorium.
  2. Vel quando percipiuntur Decimæ.
  3. Aut ex præsentatione Vicariorum.
  4. Aut ex subitione onerum.
  5. De Jure prohibitum non est Monasteriis, habere Ecclesias etiam parochiales.
- Requentia sunt in Monasteriis exempla, quæ Ecclesias habent annexas, seu de eorum mensa, dubitatur itaque, unde ejusmodi Ecclesiæ de Monasteriorum territorium sive Dominium Monasterii. *Gloss. & DD. cap. de Monachis de præbendis Rod. decis. 15. de Jure Patr. in Antiq. Far. decis. 204. part. 2.* Secundò ex perceptione decimarum, quæ de Jure debentur Ecclesiæ Parochiali. *cap. cum contingat de decimis. Card. Clem. n. 10. quæst. 9. de offic. Vicarii Far. d. dec. 204. num. 1.*
- Tertiò ex præsentatione Vicariorum: inde enim principalis cura penes Abbatem residere præsumitur. *Vital. in Clem. 1. n. 7. de offic. Vic. c. 1. de Capell. Monach. Fel. cap. ex parte 2. n. 1. de Rescriptis.*
- Quartò, ex subitione onerum. *Glo. Clem. unica verb. ad mensam ubi DD. de excess. Pralat. Rebuff. de congr. Pœt. n. 114.* Neque obstat, si Episcopus talium Ecclesiarum Rectores solet instituire: propria enim ea non est institutio, sed est autoritabilis institutio, quæ in Ecclesiis de mensa Monasterii spectat ad Episcopum, *c. 1. & ibi gl. verb. præsentetur simul junctis de Capell. Monach. Far. d. decis. 204. n. 6.* ut proinde ex tot signis Ecclesia debeat censi subjecta & annexa Monasterio. *Card. Clem. S. 1. in pr. de Jure patr. Far. d. dec. 204. num. 5.* Præsertim quod de Jure prohibitum non sit Monasteriis habere Ecclesias etiam Parochiales curam animarum habentes. *c. 1. de Monach. Abb. d. c. 1. n. 1. & 6. de cap. Monach. Far. d. dec. 204. n. 8.* de qua quæstione, videto etiam quæ hac eadem parte supra scripsi *qu. 18. & 32. 33.*

QUÆSTIO XXXIII.

Loca qualiter prohibentur esse de Diœcesi.

SUMMARIUM.

1. Eodem modo probatur locus esse de Diœcesi, quo jurisdictionis fides solet probari.
  2. Instrumentis antiquis credendum est.
  3. Instrumentalis probatio, potior testibus.
  4. Prescriptione probatur locus esse de Diœcesi.
- Non



Non est ab hoc jurisdictionis Episcopalis tractatu aliena hæc quæstio, per quam non raro in controversiam revocatur, num locus quispiam hujus sit vel aliter Diocesis; paucis itaque animadvertendum, iisdem modis probari locum quempiam esse Diocesis, quibus & Jurisdictionis fides solet probari, latè *Card. Tuschus in commun. conclusionib. verb. Jurisdictione*. Hæc & solet probari per instrumenta antiqua, quibus ob venerandam antiquitatem credendum est. *Cavalcan. conf. 90. n. 5. Hier. de Monte Tract. finium Regundorum c. 1. 63. n. 5. Bald. conf. 286. n. 2. li. 2. decif. conf. 42. n. 10. Natta conf. 632. n. 16. Farin. dec. 266. part. 2. Præterea, antiquæ sententiæ quæ licet inter alias latæ sint, tamen fidem adferunt non mediocriter administrantem. Alex. conf. 190. n. 16. lib. 2. Symo de antiq. temporum part. 1. §. propositum. n. 19. Farinac. d. decif. 266. n. 2. part. 2. præsertim quod instrumentalis probatio, longis paratlangis excedat probationem factam per testes. glo. c. tertio loco de testibus Fili. c. cum causam n. 5. de probat. Far. d. decif. 276. num. 7. instrumentis enim lux indubitata veritatis adfuit. Bal. conf. 109. in pr. lib. 4.*

Denique præscriptio annorum 40. cap. de quama. c. ad aures de præscript. cum de beneficio de prob. in 6. Sed cum requisitis ad eam complendam de quibus Doctores in c. 1. de Præscrip. in 6. idque in favorem Episcopi, cujus Jurisdictione est favorabilis, secus porro si contra Episcopum quispiam inferior prætenderet se Jurisdictionem præscripsisse, uti liquet ex traditis Doctorem. Philipp. Franc. in cap. cum persona de Privileg. in 6. & iis, quæ susius alio in loco ostendi quæst. 28.

#### QVÆSTIO XXXIV.

[Una Ecclesia quâ ratione dismembratur ab alia, & quibus ex causis.

1. Solemnitas eadem requiritur in dismembratione Ecclesiarum, quæ in alienatione.
2. Cause in dismembratione quæ?

Dubium non est, quin per dismembrationem Ecclesia separetur ab alia, atque ab ejus superioritate eximatur.

Sed quæstio hic insurgit, quæ requirantur ad validitatem dismembrationis alicujus Ecclesie. Duo autem potissimum hoc in articulo requiruntur, scilicet solemnitas, & justa causa. Solemnitas in eo consistit, ut ea interveniant, quæ in rebus Ecclesiasticarum alienatione requiruntur. *Fran. cap. 1. de reb. Eccles. non alien. 6. Rota decif. 1. eod. tit. Farinac. dec. 348. part. 2. in Novis*, nimirum consensus ejus ad quem spectat Ecclesia, à quâ fit dismembratio. *Farinac. decif. 288. n. 4. part. 2. ejusdem Farinac. Decif. 316. n. 4. part. 2. ubi latè.* *Abb. cap. extirpanda §. qui vero n. 15. de prob. cap. ad audiendam 1. ubi DD. de Ecclesiis edificandis cum autoritate Episcopi, non verò inferioris.*

Causa verò Justitia consistit non in sola abundantia populi. *Conc. Tridentinum. sess.*



sess. 21. c. de Reform. ob quam non facile est veniendum ad beneficiorum divisionem, c. Majoribus cap. vacante de prob. c. 1. ubi glo. de reb. Eccles. non alien. Farin. d. decif. 288. n. 3. sed in augmento cultus divini, DD. d. c. audientiam, de Eccles. adifican. pro quo temper facienda est interpretatio. Farin. decif. 316. nu. 4. part. 2. Franc. Macens. dec. 323. nu. 2. part. 2. Rev. conf. 204. n. 12. conf. 20 nu. 6. l. 1. qua in re multum pollet iudicium ordinarii, cui in hac materia multum deferendum est, non solum ex dispositione Concilii Tridentini, sed etiã jure communi. Rebuff. de congrua portione n. 68. Surdas de alienat. ut. 4. n. 43. & seqq.

### QUESTIO XXXV.

Quid si locus nullius Diœces. esse pretendatur?

Ordinarius intra limites cujus Diœces. locus nullius Diœces. esse dicitur, non habet, si juris communis dispositionem consideremus, in ejusmodi loco jurisdictionem ordinariam. c. de Xenodochiis de Relig. dom. Ver. al. dec. 306. l. 1. Farin. dec. 501. part. 2. At verò, si dispositionem Concilii Tridentini spectabit ad Ordinarium vicinioris, Trid. sess. 24. cap. 9. de Reform. præsumetur autem vicinioris, contra quem causa committitur, ne dum de vicinitatis qualitate disputatur, Ecclesie maneat acephala. Farinac. decif. 396. nu. 2. part. 1. idque nisi locus qui dicitur nullius Diœces. sit, sit intra Diœcesim Ordinarii remotioris, spectabit ad ipsam Jurisdictionem, nisi sit intra Diœcesim Ordinarii remotioris, nam tunc ad ipsam Jurisdictionem spectabit, nisi ad instantiam Juris communis, quæ stat pro Ordinario. obfuscerit ex possessione partis alterius. Farin. dec. 501. nu. 4. part. 2. aut ejus antecessoris: possessio enim prædecessoris successoris prodest, Rota decif. 1. de rest. spol. in novis, Guido dec. 269. Farin. d. decif. 501. nu. 2.

### QUESTIO XXXVI.

Conservatores an habeant Jurisdictionem.

Conservatores, si juris scripti dispositionem contemplerentur, cognoscunt dumtaxat de injuriis manifestis. c. 1. & fin. de offic. in 6. at verò, hodierni ampliore longè habent facultatem à forma privilegii dependentem. c. cum dilecta de Rescript. Guido decif. 18. Francis. Mercur. delphinali decif. 349. lib. 10. plenè Corneus conf. 15. per rot. l. 3. Firnac. decif. 616. part. 2. Probus in addit. ad Jo. Monachi d. cap. 1. de offic. decif. 196. In qua solent appellari non simpliciter conservatores Judices. Corneus d. conf. 15. n. 6. l. 3. specialiterque solet eis committi cognitio bonorum eorum, quorum sunt conservatores. Farinac. d. decif. 616. nu. 3. part. 2. ut certè exoleverit, seu parum hoc. eternis conservatoribus quadret dispositio illa juris scripti. d. c. 1. de offic. del. in 6. teste Joanne Andr. d. cap. fin. n. 3. Host. n. 4. Navar. in Manuali c. 27. n. 125. vers. neq. conservator. Farinac. d. decif. 616. nu. 3. part. 2. Adjectis eorum commissionibus clausulis: Contradictores quoslibet & rebelles per Censuram Ecclesiasticam compescendo per quam censetur data facultas judicialiter procedendi. Jo. Andr. d. c. 1. nu. 9. vers. si ergo. & ibi Host.



Hofst. nu. 14. omni nu. 13. cum derogatione expressa Bonifaciana constitutionis. Farinac. d. decif. 616. nu. 4. suntque ejusmodi Conservatoria univerfales alieniffima, & neutriquam infirmata per Concil. Tridentin. Farin. d. decif. 416. n. 5. de quibus quaque ego fcripsi lib. 1. parti. 1. qu. 39. & plenè tom. 2. parti. 2. & ea quæ huic quæftioni do-  
tunt, fupplere poterunt.

QVÆSTIO XXXVIII.

Epifcopi qualem jurifdictionem habeant in Regulares.

SUMMARIUM.

- 1. Delicta Monachorum dupliciter confiderantur. (os. 5. Beneficia Regularia folent effe manualia.)
  - 2. Abbas excommunicare potefl fuos religio- 6. Jurifdicio per privilegium conceffa, ve-
  - 3. Curati aliiq; inferiores refpectu fori po- nitur data privativè.
  - 4. Abbati competu Jurifdicio in fuos Mo- 7. Maxime fi ad partis inflantia Jurifdicio.
  - 8. Immemorialis poffeffio Jurifd. quæritur.
- D**elicta Monachorum dupliciter confiderantur, aut enima funt delicta propriæ religionis, fcilicet contra eorum regulam, feu inflituta; aut verò funt delicta communia, ut puto tendentia contra communem omnium hominum conventionem. Priore cafu, Jurifdicio competit Abbati; posteriore verò Epifcopo, c. Abbas cap. Monafteria. 1. ca. cognovimus. 18. qu. 2. cap. de perſona 11. qu. 1. cap. qui vivit in pr. 16. qu. 1. Marian. cap. qualiter & quando nu. 84. de accuſat. arg. 1. militum ff. de re milit. Farinac. dec. 15. & dec. 17. parti. 1. ubi late, & vide Navarrum conf. 6. de foro comp. tit. 1. §. Jurifdicio poſteriore hoc cafu competit Epifcopo privativè ad Abbatem. Farinac. d. decif. 17. Neque refert quod Abbas poſſit excommunicare fuos Religioſos: quia non ideo fequitur quod Jurifdictionem contentioſam habeant. Hofl. cap. tranſmiſſa propò finem verſ. & hoc quod confirmatur de elect. cum & curati aliiq; inferiores Jurifdictione contentioſa carentes refpectu fori pœnitentialis poſſint excommunicare.
- 3. Butr. cap. cum contingat nu. 13. ubi Abb. n. 29. & 33. de foro compet. Far. d. dec. 15. in fin. d. decif. 20. Porro, quod priore cafu dixi competere Abbati Jurifdictionem, declarata ut non ea propter debeat procedere ritu ſolemni Judiciorum, ſed ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu Judicii. cap. qualiter, & quando in fin. de accuſat. cap. fin. de ſtat. Monach. cap. ad noſtram in fin. & ibi glo. de app. cap. 1. §. fanè de Cens. in 6. cap. placuit 10. q. 1. Spec. de Inquiſit. §. 2. n. 6. & 9. Parvulus de viſitat. parti. 2. qu. 7. nu. 11. Farinac. d. dec. 15. dec. 17. decif. 20. parti. 1. etiam per revocationem à beneficiis quæ habent: beneficia enim regularia ſolent effe manualia, & Egid. decif. 203. Far. d. decif. 20. n. 4. idque niſi ex eorum inflitutione aliud liqueat. quod limita, niſi Abbatibus per privilegium ſpeciale Jurifdicio omnimoda competeret: Quando enim Jurifdicio per privilegium alicui datur, cenſetur in gratiam ejus cui conceditur privativè conceſſa, Angel. conf. 375. n. 4. verſ. quæro falli. Afflicus dec. 41. Gram. decif. 30. nu. 6. Aymo. conf.







Q U A E S T I O X L.  
Exempti an teneantur ad Collectas?  
S U M M A R I U M.

- 1. Collectas etiam sine scientia Superioris ex causa necessitatis concernentis privatum & publicum, imponere potest.
- 2. Fallit si periculum aut damnum non sit inevitabile, & quoad Universitatem Clericorum assensus Papa requiritur.
- 3. Collectarum impositio actus est jurisdictionis.
- 4. Equites Hierosolymitani sunt exempti ab omni jurisd. ordinari & collectis.
- 5. Solvens cum solvere non tenetur, eo quod alicuius privilegii, non praedudat in iurum suo privilegio.

**I**us commune permittit universitatibus ex causa necessitatis etiam sine superioris auctoritate impositionem collectarum, e. ubi Abb. nu. 20. de Immunit. Eccles. Barb. l. multos 2. C. de causa publ. l. 2. Farin. dec. 72. nu. 1. part. 1. idque etiam pro recuperatione pecuniae in publicam necessitatem expositae. l. 1. §. fin. & ibi glossa, pro consul. ff. quod cuiusque universita. Barb. l. 4. §. Actor. nu. 5. de re iud. Farin. d. nu. in huiusmodi enim necessitatum causis privilegia quantumvis generalia & praegnantia cessant, ca. per venit. vers. alio modo, ubi D.D. de Immunit. Eccles. l. ad perita C. de oper. pub. l. ad instructiones l. jubemus nullum C. de sacro Eccles. Vei utiam in Rota resolvit in una Leodien. 19. Martii 1604. universitates ex causa communis necessitatis, & necessitatis non posse sibi ipsis sine scientia Papae superioris, collectas imponere, nisi periculum aut damnum sit inevitabile. Farin. dec. 72. nu. 2. part. 1. Longe minus personis non subiectis, quales sunt exempti, inter quos sunt milites Hierosolymitani. Bald. l. ad institutionem C. de sacros. Eccles. Cast. conf. 423. nu. 2. lib. 2. Andr. conf. 68. nu. 1. lib. 2. est enim collectarum impositio actus Jurisdictionis, Alex. conf. 78. nu. 8. lib. 6. Soc. conf. 129. nu. 1. Farinac. d. dec. 72. nu. 3. part. 1. a qua exempti sunt liberi & immunes, adhibita tamen hac salis mica, ut accedente Papae seu Superiorum auctoritate, ad hoc compelli possint. Farinac. dec. 72. nu. 4. part. 1. cap. nullus de iure p. 1. ro. Abb. cap. non minus nu. 2. vers. aut necessitas de Immunit. Eccles. quae procedunt, si de privilegii generalitate & energia exemptionis ab ejuismodi collectis constat de notore privilegii, uti de Privilegio Ordinis Teutonici Rota Romana apud Farinacium d. dec. 72. idque etiam si ante aliter fuisset observatum, Tum quia privilegia eorum removen contrariam observantiam. Far. d. dec. 72. n. 8. Tum quia collectae praeterita potius praesumuntur solutae ex metu & timore, quam ex libera voluntate. lo. Andr. cap. 1. n. 2. de praescripti. in 6. Farinac. dec. 5. n. 3. part. 1.

Tum quod violentia non ideo purgata dicitur, quod violentiam passus non ree male proponatur, Farin. d. dec. 5. num. 6. Tum denique quod solvens, cum solvere non teneretur vigore alterius privilegii, non praedudat in futurum suo privilegio. Fel. c. cum accessissent nu. 29. n. 3. limit. de const. R. nu. 228. n. 11. l. 1. Nat. conf. 60. n. 14. l. 1. Far. d. dec. 72. nu. 9. part. 1.

Q U A



QUESTIO XLI.

Sententia lata contra Prælatum, an noceat Capitulo?  
SUMMARIUM.

1. Causa agitata contra Prælatum, non nocet Capitulo.

2. Distingue ut nu. 2.

3. Iura Ecclesie sunt communia Ecclesie, Episcopo, ac Capitulo.

Sunt quibus videtur causam subjectionis agitatam contra Prælatum non nocere 1  
illis Capitulo. Fel. cap. eadoceri num. 3. de Rescript. Innoc. cap. fin. ubi DD. de ma-  
jor. & obed. cap. cum Clerici de verb. sig. Farin. decif. 118. part. 1. Lapus alleg. 48. n. 8. Rom.  
conf. 369. nu. 21. Dec. cap. causam qua nu. 20. vers. expeditis notabilibus, de Iudiciis. At è  
contra sunt qui existimant non esse opus ut Capitulum citetur, hoc nitentes funda-  
mento, quod magis principaliter interfit Prælati, ad quem providè magis perti-  
net hujusmodi defensio, Bellam d. cap. fin. Butr. cap. dilecti n. 2. de major. & obed. Abb.  
cap. cum olim de testib. quem proinde ad Judicii validitatem sufficit citare. Felin. d. c.  
fin. nu. 3. & 4. de major. & obed. Antinomia hæc fœdere hujus distinctionis videtur 2  
concilianda, nimirum quod aliud est Episcopum facere aliquem actum, quo amit-  
titur libertas Ecclesie, & Ecclesia induitur in servitutem, & tunc favore libertatis  
non amittenda requiritur consensus omnium, & in istis terminis loquuntur om-  
nia jura in contrarium allegata, & aliud est Episcopum facere actum quo defendi-  
tur libertas Ecclesie ut liberetur à servitute, in qua reperitur constituta, ut hic, ubi  
jam servitus erat constituta per subjectionem factam à Papa, à qua Episcopus nite-  
batur se, & Ecclesiam liberare, & hoc casu favore Ecclesie solus Episcopus, &  
quilibet alius admittitur ad vindicandam Ecclesiam à servitute. Io. Andr. in glossella  
marginali in c. cum olim de testib. & nu. 12. & hoc sentiebant Zabar. & idem Io. Andr. &  
Guther nu. 18. an c. dilecti de major. & obed. dum reprobando rationem Innoc. dicen-  
tis Capitulum ibi admitti ad appellandum; quia jura Ecclesie sunt communia Epi- 3  
scopo, & Capitulo, dicunt rationem esse, quia cum ex revocatione Juramenti me-  
lioretur Ecclesia, admittitur Capitulum, & quilibet alius de Ecclesia admittitur.  
c. & quilibet alius de Eccles. qua de re vide fufius Apostillam ad Farinac. d. dec. 118.

QUESTIO XLII.

Constitutio Papalis, an tollatur per non usum.  
SUMMARIUM.

1. Constitutio Papalis non tollitur per non usum.

2. Etiam si super venerit contrarius usus, nisi prius adsit Papæ assensus.

3. Quo assensu cessante, contrarius usus non suffragatur.

4. Signanter in aetibus negativis.

5. Si uenia Papa sufficienter probatur per scientiam officialium.

Lil 3

Non



**N**on tolli ostendi alio in loco, idq; etiam si detur de non usu per annos mille. *Far. dec. 213. p. 1. l. de quib. n. 33. ff. de legib. Alex. cons. 136. n. 19. li. 2. Far. dec. 213. p. 1. l. etiam si lupervenerit contrarius usus, nisi de expresso consensu aut Papæ scientia constet, Abb. c. 1. n. 4. vers. unde ibi de Treuga & pace. Propositus c. in istis §. leges. n. 3. ubi nisi dato consensu Papæ d. 4. Far. d. dec. 213. §. 197. p. 1. ubi latè. Non probatà entia legislatoris, aut successoris æqualem auctoritatem habentis contrarius usus suffragatur. *Farinac. dec. 221. nu. 4. p. 1. Abb. c. 1. n. 4. de Treuga & pace. Rot. dec. 10. de consuet. In antiq. Ideoque opus est ut scientia aut consensus expressus non verò tacitus interveniat. Far. d. decif. 22. n. 6. Franc. c. cum de beneficio n. 4. de prab. in 6. hinc iam Archid. n. 2. vers. nec mireris. Signanter in actibus negativis in quibus contradicere & acquiescentia est necessaria. *Covar. ad reg. possessor. par. 2. §. 4. n. 6. vers. Hinc sunt ob- jectiõni, Rpa c. cum Ecclesia. n. 68. de causis poss. & propriet. Far. d. dec. 221. n. 8. p. 1. Suffi- cienter autem probati scientiam Papæ, si probetur scientia ejus officialium, tradunt Doctores laudati à *Farin. dec. 356. n. 9. p. 1. Bart. l. si publicanus §. in omnibus. ff. de pub. Cran. de Antiq. semp. p. 4. §. absolut. n. 23. Boer. dec. 264. n. 19. Surdus cons. 429. n. 11. q. 1. de re etiam tractavi tomo 2. de iurisdictione ordin. in exemptos part. 2. q. 111.****

### Q U Æ S T I O XLIII.

Territorium quando dicatur exemptum esse à Jurisdictione  
Episcopi & nullius diœcesis.

#### S U M M A R I U M.

1. *Distinctio loci exempti, & loci nullius Diœcesis.*
2. *Superiorum locorum nullius Diœcesani possunt appellari.*
3. *Diœcesanum territorium ab alio segregatum solus Papa concedit.*

**D**ispar est ratio loci exempti, & loci nullius Jurisdictionis: locus enim exem-  
ptus licet non sit de diœcesi. *Fel. & DD. c. Grave de off. ord. c. cum Episcopi ubi  
Fran. in 2. vol. & Gem. nu. 3. de off. ord. in 6. Feder. de Senis cons. 2. n. 4. Gem. c. 2. n. 19. ubi  
Franc. in §. statuto. n. 10. & seqq. de Const. in 6. gloss. Clem. frequens verb. 6. primi anni &  
ibi vultu n. 127. de excess. Pralat. Far. dec. 324. p. 1. at verò locus nullius diœcesis, neq;  
de diœcesi est, neque in diœcesi, sed est proprius diœcesis, & per se consistens, cu-  
jus quoq; respectu ii qui privilegio quopiam talium locorum superiores sunt, diœ-  
cesani possunt appellari. *Lo. clem. 1. §. volumus in ver. 6. diœcesanis ubi Card. in q. 4. n.  
2. vultu n. 4. Imm. n. 3. Abb. n. 15. de foro compet. propriumq; territorium dici possunt  
possidere. l. pupillus §. Territorium ff. de verb. sig. in 6. Far. d. decif. 324. n. 1. in fi. p. 1. ejus-  
modi diœcesanū Territorium ab alio segregatum, solus Papa ad quem diœcesium  
sepe**



Separatio spectat, concedere potest. *Hoff. c. cum Coningat* nu. 1. de foro comp. ubi *Burr.*  
*n. 11. vers. de Consuetudine autem Abb. n. 18. Bellam. n. 15. vers. sament certum est.* proin-  
 dè impropria est Doctorum locutio, cum ajunt loca exempta constituitere territo-  
 rium deper se: intelligendi enim sunt quo ad certos quosdam effectus & per mo-  
 dum cupidam comparationis. *Fel. d. c. graven. 2. in fin. Rob. conf. 31. n. 44. p. 3. Far. d.*  
*loto 100. § 7.*

QUÆSTIO XLIV.  
 Qualis sit privilegii exemptionis effectus.  
 SUMMARIUM.

1. Exemptio simpliciter per Papam concessa  
 eximere solet ab omnibus excepto Papa.
  2. Multa Episcopo censentur reservata, qua  
 ei specialiter non adimuntur.
  3. Privilegia exemptionis monasteria, & eo-  
 rum membra, non dicuntur eximere lo-  
 ca & castra, sive populum.
  4. Exemptiones sunt stricti juris, & in mul-  
 tis casibus Episcopi habent in exemptos  
 jurisdictionem.
- Exemptio simpliciter per Papam concessa eximere solet quidem ab omnibus ex-  
 cepto Papa, uti alio in loco scripsi. *lib. 2. quæst. 2. nu. 13.* nihilominus tamen mul-  
 ta Episcopo censentur reservata quæ ei specialiter non adimuntur, *Anchar. cap. po-*  
*stulisti. nu. 45. vers. quod prob. de foro comp. § cap. 2. num. 10. ubi Franc. nu. 20. vers.*  
*quando Prælati de cons. in 6. Farinac. dec. 324. num. 5. part. 1.* Hinc est, quod exem-  
 ptionis privilegia eximant quidem à subventione, sed non à situatione & denomi-  
 natione, *Puall. clem. 1. num. 44. de Privileg. Franc. d. c. 2. § statuto vers. sed adventu de*  
*conf. in 6. Farinac. d. dec. 324. num. 4.* Præterea, Privilegia exemptionis monasteria, &  
 eorum membra, non censentur eximere loca & castra sive eorum populum, nec fa-  
 ciunt territorium separatum, sed exempti dicuntur tantum habere Jurisdictionem  
 in personas, non verò in locis, & per exemptionem ubi *Gem. num. 5. Franc. nu. 3. vers. 5.*  
*Nota Anchar. num. 3. vers. 4. Nota de Privileg. in 6. Far. d. dec. 314. num. 6. Guibel. de*  
*Monte laud. clem. Pastoralis num. 24. de re jud.* sunt enim exemptiones stricti Juris, uti  
 aliàs ostendi. *l. 4. quæst. 4.* denique multis in casibus exemptione non obstante, or-  
 dinarium habere Jurisdictionem in exemptos, & plusquam centum casibus, recen-  
 sui *lib. 1. qu. 45.*

QUÆSTIO XLV.  
 Memborum Ecclesiæ vocabulo quid comprehendatur.

Breviter ea comprehenduntur, quæ illi Ecclesiæ unita sunt. *DD. clem. 1. de excess.*  
*Prælat. clem. 1. ubi Imola. nu. 29. de Rescript. Corn. conf. 262. nu. 3. l. 3. Farin. dec. 324.*  
*nu. 9. part. 1.* Pars enim sine suo toto considerari non potest, *Præfes loco à toto ad par-*  
*tem. Far. d. n. 9. DD. clem. de excess. Prælat. § in Clem. 1. ubi Imol. num. 29. de Rescript.*  
*Corn. conf. 262. num. 3. l. 3.*

QUÆ-



## QVÆSTIO XLVI.

Utrum in Exemptionum materia à Jurisdictione temporali ad spirituales inferri possit?

**N**eutiquam; quia Dominium, seu Jurisdictio temporalis nihil habet commune cum spirituali. c. 1. de Reliq. dom. Glo. c. 1. verb. divis. dist. 10. glo. Clem. ne Rom. s. sanè, verb. Dicoesim de elect. Host. c. super eo n. 3. de paroch. Et in c. querimoniam n. 2. ubi Butr. in fi. de Iure Patr. c. cum carissim n. 12. vers. secundo scias de prob. Guili. de Adm. laud. Clem. Pastoralis n. 21. de re Iud. Farin. dec. 324. num. 10. part. 1. nisi tamen exemptionis verba sint plenissima, quæ omnimodam exemptionem, & utramque speciem comprehendat, qua de re vide infra q. 55.

## QVÆSTIO XLVII.

Præscribi an possit in aliena diocesi territorium separatum?

1. Jus non admittit in mystico corpore duo esse capita.
  2. Præscriptio operari non potest, ut territorium sit separatum ab Episcopo.
- M**inimè: esset enim Monstrum mysticum, mystici corporis habere mystica duo mystico in corpore capita, quod jus non admittit. Host. cap. cum contingat num. 1. de foro comp. in cap. quanto n. 13. Et cap. Quoniam n. 2. de offic. ord. Farin. dec. 324. num. 11. part. 1. Cum enim Episcopus sit unum corpus, cujus caput est Episcopus, si ponantur uno in Episcopatu duo Episcopatus capita, fiet unum corpus mysticum, duo habens mystica capita, quod ut est prodigiosum & à natura abhorrens, ita etiam à jure alienum. Host. d. loco Butr. d. c. cum contingat num. 1. vers. de consuetudine ubi Abb. nu. 18. Et 19. Bellarm. nu. 15. Proinde, veluti irrationabile per prescriptionem consuetudinemve acquiri non potest. Gabr. de præscript. Concl. 1. num. 8. Et 9. Far. d. dec. 324. n. 11. in fin. Neque obstat, quod utraque Jurisdictio Episcopalis scilicet Diocesana, & Jurisdictionis, præscriptione acquiri possit. Rota dec. 2. de Præscr. in Novis. Abb. d. cap. cum contingat num. 11. de foro comp. Id enim non aliter intelligendum est, quam si velint præscribere quasi sub Episcopo: nam si præscripsissent territorium separatum, amplius sub Episcopo esse dici non possent. Abb. d. c. cum contingat num. 18. Farin. d. dec. 324. n. 12. part. 1.

## QVÆSTIO XLVIII.

Prælati habentes territoria separata, an possint Confessarios approbare.

**N**eutiquam: id enim privativè ad Episcopum spectat, uti sacrum Rotæ auditorium judicasse refert Prosper Farinaceus dec. 332. part. 1. estque Episcopus eo in jure manutenendus, donec alius de immemoriali præscriptione per tres sententias conformes docuerit. Farin. ibid. n. 4.

## QVÆSTIO XLIX.

Quis debeat probare locum esse de diocesi?

Pancoc-



P Anonitanus respondit, ejusmodi probationem ad Episcopum pertinere in c. cum olim n. 2. de censibus. Farin. dec. 358. nu. 1. part. 1. probabitur autem dilucide id factis, si intra Diocesis suae fines probeatur constitutus, aliisque modis quos ante ostendit. qm. 33. § 19.

Q U A E S T I O L.

Quibus modis probeatur locus aliquis esse de Diocesi.

Multifariam id probari compertum habemus, ex Doctorum nostrorum responsionibus. Et quidem imprimis ex eo, quod locus aliquis Episcopo respondeat de juribus Episcopalibus. Abb. c. cum olim nu. 3. de Censibus. c. 1. de relig. dom. Sicut enim haec inter se convertibilia; Ecclesia est in Diocesi, ergo Episcopus tenetur ad Episcopalia, & contra, Ecclesia tenetur ei in Episcopalibus, ergo est in ejus Diocesi. Abb. d. nu. 3. Secundò per deputationem Episcopi simpliciter factam per Pontificem ad certa quaedam loca, dixi simpliciter, quia secus si ad certum effectum: nam tunc non tribueretur Episcopo Ordinaria iis in locis Jurisdictionis; Farin. dec. 358. nu. 3. part. 1. Bald. conf. 472. nu. 2. vers. sed ubi apponitur Clausula enim. Ruin. conf. 170. num. 8. § 10. d. 3.

Tertiò ex probatione, quod locus consistat intra fines Diocesis. cap. conquere de officio. Farin. dec. 356. nu. 1. part. 1. § late dec. 405. n. 1. Decius conf. 146. nu. 15. Paris. conf. 22. nu. 5. li. 1. Armo. conf. 54. nu. 9. Quartò, per verba enunciativa Papae. c. Si Papa ubi DD. de privileg. an. 6. late Farinac. dec. 432. n. 2. p. 1. Dixi Papa: quia secus esset, si essent enunciativae Episcoporum. Aret. c. cum causam nu. 21. vers. sed tamen adverte de probat. Innoc. cap. dudum nu. 3. cap. fin. de privileg. cap. inter dilectos nu. 6. de indicis. Far. d. decif. 405. nu. 2. idque nisi Episcoporum enunciativè confirmetur aliis adminiculis. Achilles dec. 1. de Confess. dec. 7. de jure Patr. Puteus decif. 149. lib. 2. veluti ab aliis pluribus personis bene informatis, Ruynus conf. 141. n. 10. lib. 5. Cephal. conf. 192. n. 38.

Quintò, per enunciativas in antiquis, quae æquipollent famæ. Aret. d. cap. cum causam. Farin. d. Dec. 209. l. 2. Farin. d. Dec. 405. n. 5. part. 1. secus in recentibus. Farin. Dec. Rot. Decif. 371. de probat. in antiq.

Sextò, per libros antiquos. 70. Andr. d. cap. cum causam n. 10. ubi etiam Abb. & DD. de probat. Farin. d. Dec. 405. n. 7. Abb. conf. 54. nu. 3. lib. 1. Puteus dec. 109. lib. 2.

Septimò, per alias qualescumque probationes, quae in probandis limitibus sufficiunt, etiam si per judicia & conjecturas leviores. c. cum causam § 3. ubi sol. nu. 14. de probat. Dec. Conf. 42. nu. 10. Guido Dec. 193. Farinac. d. dec. 405. nu. 8. part. 1. idem Farinac. dec. 683. part. 1.

Octavo, Ecclesia probatur esse in illo territorio sive Diocesi, in qua solvuntur ejusdem Ecclesiae census. Far. Dec. 432. nu. 3. p. 1. cap. 2. de Censibus.

M m m

Nonò



Nonò, ex visitationibus Episcoporum. *Farin. Dec. 541. n. 2. part. 1. & Dec. 683. n. 1. Decimo, ex Confinibus v. g. maris, fluminis, montis, qui dicuntur aeterni. Et cum causam ubi Fel. nu. 5. vers. & notat. Farin. Dec. 683. nu. 3. part. 1. Undecimo, per sententias. Farin. d. Dec. 683. n. 3. qua de re vide etiam infra.*

---

Q U A E S T I O L I.

Confessione an probetur locus esse de Dicit. celsi.

**N**euquam: cum enim ejusmodi Confessiones versentur circa id quod in se consistit, confitenti non praedjudicat. *Lornament. ff. de auro arg. leg. Bartol. l. 12. ff. si cent. Farin. Decis. 358. nu. 2. part. 1. cum nec simplici confessioni credendum nisi per eam aliter exprimat. Aymo conf. 48. n. 7. & seq. Stat. que pro hac materia ne ea quae alio in loco scripti l. 1. part. 2. qu. 31.*

---

Q U A E S T I O L I I.

Praelati inferiores an excludere possint Episcopum à jure visitandi.

S U M M A R I U M.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Praelati inferiores non possunt excludere Episcopum à suo jure visitandi, nisi ostendant Privilegium aut consuetudinem legitime praescriptam. | 4. Episcopus est adeo fundatus in jure visitandi, ut ne quidem per inhibitionem pendente impediri possit. |
| 2. Consuetudo ejusmodi debet esse praescripta spatio 40. annorum, ut minus.  | 5. Energia clausula. Non obstantibus privilegiis quibuscunque.  |
| 3. Visitatio pendet ab Ordinaria Jurisdictione.  |   |

**P**raelati Inferiores non possunt Episcopum excludere à suo Jure visitandi, nisi ostendant Privilegium aut consuetudinem legitime praescriptam, uti post Innocentium, Socinum & alios ostendit Sarmienta, *select. interpr. l. 3. c. ult. Mandat. l. 38. nu. 8. Conf. 37. nu. 11. Rota Decis. 207. n. 5. part. 2. divers. Farin. dec. 394. n. 7. part. 1. n. 2. seque est ut praescriptio sit ut minus annorum 40. c. de quarta de praescript. Baldus in praescri. part. princip. quest. 12. nu. 4. Far. d. Dec. 394. qua de re vide alia quae haec in eadem materia scriptis mandavi quae s. 27. & 28. Cum enim visitatio pendeat ab ordinaria jurisdictione; Rota Decis. 196. nu. 2. part. 2. divers. Farin. d. Decis. 394. nu. 4. part. 1. in quo Episcopi fundatio adeo fundata est, ut ne quidem per inhibitionem, lite delata*



pendente impediti possit. cap. cum persone de privileg. in 6. cap. Constitutus de Relig.  
 dom. Capit. aqu. Decis. 101. part. 2. Farinacius Dec. 396. num. 1. part. 1. est que id extra  
 disputacionis aliam nunc constitutum per sacrosanctum Concilium Tridentinum  
 cap. 8. sess. 7. de reform. cui adjecta est clausula: Non obstantibus privilegiis qui-  
 buscuque comprehendens quascunque personas quantumvis Privilegiatas. Tiraq.  
 de Ret. cons. 8. i. Glo. 14. n. 96. Sarnensis in Proemio Reg. Can. qu. 4. part. 3. Putius Dec.  
 334. in final. 2. Far. Dec. 396. n. 3. idque nisi alius inferior doceat de privilegio & pos-  
 sessionem tunc is adversus Episcopum lite pendente esset manutenendus d. cap.  
 cum persone Farin. Dec. 447. part. 1. Secus porro, si solum in prescriptione immemo-  
 rialium in solo Privilegio niteretur: nam eo casu, Ordinarius esset manutenendus,  
 donec per sententias ternas de eo fuerit cognitum. Farinac. d. Dec. 447. nu. 1. in fin.  
 part. 1. & Dec. 491. per tot. part. 1. Abb. c. 1. num. 4. ut lite pendente. Lancel. de Auent.  
 part. 1. cap. 17. n. 161. & seqq. Qua in re animadvertendum est, subditum, non  
 posse dici constitutum in qua possessione exemptionis ex eo solo, quod non appa-  
 reat superiorem in illum exercuisse Jurisdictionem, nisi probetur quod evenerit ca-  
 reat superiorem in illum exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit, & alias  
 se habuerit pro spoliato. DD. cap. dilectus de Capell. Monach. Farinacius d. Dec. 491.  
 nu. 8. part. 1. qui e contra Ordinarius exercens Jurisdictionem in una parte Diece-  
 sis, in omnibus aliis exercuisse censetur. Abb. Cons. 71. libro 2. vel. cap. Audis nume-  
 ro 19. de prescript. Ideoque ad privationem possessionis Jurisdictionis Episcopalis  
 difficultate inferri potest. Abbas d. cap. 1. num. 4. Lancellos. d. cap. 17. numero 161. Farin.  
 d. Dec. 336. num. 3. Accedit, quod ad retinendam universalem quali possessio-  
 nem sufficiat unicus actus. Farinac. Dec. 465. numero 1. part. 1. Rota diversorum dec. 17.  
 numero 4. part. 2. Decis. 222. numero 6. part. 2. Favorabiliora sunt jura in retinen-  
 do, quam in acquirendo. Menoch. de retr. possess. Rem. 2. quest. 79. num. 679.  
 Remed. ult. qu. n. 19

QUESTIO LIII.

Episcopo ad aliam Ecclesiam translato, an subditi statim ab  
 illius obedientia eximantur?

Distinguendum est, num translatio fiat de consensu translati, an vero eo invi-  
 to. Priori casu censetur voluisse & constituisse ut subditi a priori vinculo quo  
 ei tenebatur, absolvantur. Abb. c. cum nobis n. 3. vers. sed olim Episcopus Spirensis de elect.  
 Jo. Andr. & Franc. c. quod ob gratiam de Reg. Jur. 16. Farina. Dec. 475. p. 1. Posteriori  
 vero, neququam, ante quam translatus consensus suum praestiterit, ut nec etiam  
 cum quis ob ejus bene merita ad aliam Ecclesiam transfertur: Pontifex enim  
 tacite

Mmm 2



tacite subintellexisse censetur, quatenus translato placuerit: Papa quippe interdictum ut translato placeat, eique haud ita citò præjudicet. *Monach. c. generali. n. 16. de elec. 6. 70. And. c. Quod ob gratiam. n. 5. ubi late. & Fran. n. 3. Farin. d. Dec. 475. n. 21. p. 1.*

QUESTIO LIV.

Ordinum equestrum parochi, an teneantur Episcopo ad quartam Canonicam?

**D**E hac quarta Canonica scripti aliis in locis, quibus breviter addo, Episcopos habere juris adfidentiam percipiendi quartam Canonicam ex parochialibus etiam contra equites Hierosolimitanos. *c. 1. de Capell. Monach. c. conquerente de offi. n. 1. Rosi apud Cantuacrum dec. 31. nu. 5. ubi late p. 2. Host. c. de decimis cum contingit n. 1. 1. nam secundum & in d. c. Conquerente n. 15. Farin. Dec. 477. p. 1.* Idque non obstat exemptionis privilegio, quod si requirat altiorem indaginem, manrentionem in possessoriò impedire non potest. *Far. d. Decif. 477. & fuse Dec. 491. per tot. p. 1. quoniam nec in aliis Religiosis Parochias habentibus: sunt enim milites hi Hierosolymitanæ Religiosi viri, qui ad aliorum Religiosorum instar censentur. Farin. Dec. 487. n. 8. & 109. p. 1. id quod etiam aliis in locis probavimus.*

QUESTIO LV.

Exemptus à Jurisdictione, an etiam Exemptus à dominio censetur?

**N**on utique: quia sicuti Dominium & Jurisdictio temporalis nihil habet commune cum territorio & Jurisdictione spirituali. *c. 1. de Rel. dom. glo. cap. 1. 2. 3. de vifis dist. 10. glo. Clem. ne Romani §. sanè verb. Ducefani de elect. Host. cap. super. c. 1. de Parochiis & in c. Querimonia nu. 2. de Jure Pair. Fel. c. cum cassam nu. 12. vers. 2. sua de probat. Guibel. de Monte Landono Clem. Pastoralis n. 21. de re Jud. Farin. dec. 324. n. 10. part. 1. & ex probatione Jurisdictionis, illatio fieri non potest ad probationem possessionis & domini terrarum. *Gabr. com. Concl. tit. de presump. Concl. 9. nu. 9. Cravetta Conf. 54. nu. 9. Afflit. Dec. 267. n. 4. Curi. Junior. Conf. 158. nu. 25. lib. 2. Farmas. Dec. 24. nu. 9. part. 1. ita neque ab Exemptione à Jurisdictione illatio apta fieri potest ad exemptionem à dominio: quia juxta vulgaram Theoriam, à separatis apta illatio ad invicem fieri non potest, *Preses in locis legalibus loco à separatis, spiritualiaque cum temporalibus commisceri non debent. cap. ad qu. de Res. permut. Lopus alleg. 129. nu. 20. de Res. spol. in 6. Sap. alleg. 70. no. 5. de procurat. differuntque à causis civilibus sive temporalibus, quantum anima est corpore pretiosior. Lopus d. alleg. 70. nu. 8. qua de re etiam breviter superiori qu. 46.***

QUESTIO LVI.

Episcopus an procedere possit adversus Exemptos alterius conjugem retinentes?

Poste.



Poste censuit Salcedo in add. ad practicam Bernardi Dias c. 3. lura A. S. punire, & post eum vir è Societate Jesu doctrina eximia Thomas Sanchez de Matrimo. lib. 7. disp. 33. nu. 21. ubi quod non agatur de Privilegio Exemptionis, sed de Matrimoni institutione, quod ad ordinarij officium spectat. c. 1. de Con. ver. Conjug. Tum quod ordinario omnimoda Jurisdictione competat adversus extraneos, & exemptos Jurisdictionem suam impediunt. Innoc. c. dilecti in fin. de penis. Steph. Auffer de Potestate Seculari super Ecclesias n. 23. Rojas al. de Hæreticis p. 1. n. 155. & seq. idque Rojas loco jam laudato sæpe in praxim deduxisse refert, cum vicarius munere fungeretur adversus quosdam Canonicos Exemptos, ac ordinis divi Bernardi Monachos, qui quod exempti sunt, concessa enim Jurisdictione, omnia eo concessa censentur, sine quibus Jurisdictione commode exerceri non potest. li. 2. ff. de Jurisdic. omni. And.

QUÆSTIO LVII.

An in casu præcedentis quæstionis possit adversus Exemptos procedere per Censuras.

Videtur posse: quia qui Jurisdictionem habet, excommunicandi etiam potestatem habet, ut Salcedo in præcedenti quæstione laudatus resolvit, alioquin enim si excommunicare, suspendere, interdicare non posset, Ecclesie armis destitutus Jurisdictionem quam habet, exercere non potest. li. 2. ff. de Jurisdictione om. Ind. c. Pastoralis c. Præterea, de officio deleg. Cum & jure dispositum videamus habentem nudam ministerium, posse impediens Ministerii sui executionem censuras ferre, ne alioquin ei inutilis sit ejusmodi commissio. glo. c. super q. verb. executorem & c. ex lueris verb. si subdelegatus & c. fin. verb. commissum de officio del. D. D. in c. 1. de Privileg. in 6. Quod restringit, nisi tales sint Exempti, qui privilegio speciali excommunicari, suspendi, interdicique non possunt, ut inter multos habet Societas Jesu, & mendicantium Ordines: quam restrictionem sublimo, nisi ejusmodi privilegiis derogetur per Concessionem, ut per ejusmodi Censuras procedere possint, veluti latius variis in casibus novissimi Juris Conc. Trident. ostendit Thomas Sanchez de Matrimonio li. 7. disp. 33. num. 23. Gambata de officio leg. li. 8. c. ultimo n. 77. Enriques de Indulgentiis lib. 7. c. 25. nu. 7.

Potè in casibus quibus Episcopus non poterit procedere per censuras adversus exemptos, ita privilegiatos, licebit ei procedere per eorum depositionem aut in arctius Monasterium collocationem, aliisque penis Canonicis. Sanchez. d. disp. 33. num. 25. quod notandum esse, ad intelligentiam Conc. Trident. refert Thomas Sanchez d. n. 23. Quippè quod Conc. Trident. multis in casibus concedat Episcopis potestatem procedendi per Censuras adversus specialiter à censuris exemptos, multis etiam in casibus simpliciter subicit exemptos Episcopis, v. g. quo ad publicas processiones, quo ad componendas controverfias præcedentiarum, & similes, in quibus non adicitur facultas procedendi per Censuras, proinde iis in casibus poterit



rit Episcopus aliis pœnis, Censuris exceptis, procedere, atque ita occurritur objectioni suprascriptæ, licet enim habens Jurisdictionem in foro externo spirituales potestates excommunicare, & cetera explere, sine quibus Jurisdicatio exerceri non potest, licet tamen intellectum habet, nisi per speciale Privilegium ligata sit potestas, quo ad aliquam specialem pœnam, ideoque non erit frustranda cogendi potestas, quia potestati aliis pœnis Canonis, & ita concludit Thom. Sanchez. d. n. 23. per tot.

Q U Æ S T I O LVIII.

Privilegia Exemptionum an exinaniant Exemptos à Jurisdictione inquisitorum hæreticæ pravitatis.

**R**espondeo non eximere. *Lapsus alleg. 195.* Ratio est, quia Pontifex subditæ potestati concedendis. *cap. officium 8. de inquis. hæreticæ pravitatis*, non obstantibus privilegiis huic Constitutioni deroget. Exempti inquisitoribus hæreticæ pravitatis submittuntur. *Lapsus d. alleg. 105.* quod restringitur in exemptionibus concessis ordinibus. *Divisio enim cap. officium loquitur de personis, non verò de ordinibus, inret quoslibet diversa est ratio. c. ne aliqui de privileg. in 6. Lapsus d. alleg. 105. in fin. sed solet Pontifex in facultate qua concedit Episcopis seu aliis hæreticæ pravitatis Inquisitoribus imponere clausulam hanc: cum plena, & omnimoda auctoritate contra omnes & singulos viri &que sexus Laicos & Sæculares, & quorumvis ord. etiam Mendicantium regulares, etiam à Jurisd. tua quomodolibet exemptos immediatè subjectos inquirenda, & procedenda legittimis iudicibus carceribus mancipandi: atque hæc facultas data est Ordinario Leodiensi: plura hæc de re videntur quæ scripti alio in loco, de Jurisd. ordin. Exemptos Tom. 2. part. 2. de Conservatoribus, quæst. 5. & alibi.*

Q U Æ S T I O LIX.

Ecclesia quando vel Episcopo, vel alteri Prælato subjecta præsumatur?

1. Omnes Ecclesie præsumuntur subjectæ Episcopo.
  2. Fallit ut in 2.
  3. Subjectæ ex quibus coniecturis præsumatur.
- L**icet Ecclesia sit intra limites Diocesis Episcopo subjecta præsumatur. *c. omnes Basilica 16 q. 7. c. constitutus de Relig. domibus.* non tamen id obtinet in Ecclesiis sitis intra limites Jurisd. aliorum Prælatorum. *c. ult. de offic. arc. Lucas de Penna l. 3. præsumpt. 137. C. de pœnis publicis li 10. Menoch. li. 6. præf. 72. n. 1.* nisi concurrant alia quæ subjectionis præsumptionem inducant, ut sunt perceptio decimarum, assignatio congruæ portionis, subitio onerum: hæc enim donant Ecclesiæ subjectionem. *Far. Dec. 102. n. 8. p. 1. c. de Monachis de prebend. c. avaritia eodem Lamberti. de Jure Patr. art. 1. q. 10. Princ. q. 3. par. 2. n. 4. 7. & 8. vers. Quartum ponit dubium.*
- Secundò, Ecclesia præsumitur subjecta alteri, cum solvit Cathedralicum. *cap. illud. 2. 10. quæst. 3. Lucas d. loco. præf. 198. Menoch. d. præf. 72. n. 2.*



Tertio, si aliqua Ecclesia alteri ratione illius visitationis subdit. *c. illud Magni 10.*

quæst. 3.

Quarto, ex præstatione quartæ. *c. priscis 10 q. 3.*

Quinto, ex solutione procurationis. *c. quiescamus dist. 52.*

Sexto, ex defunctorum sepultura. *c. placuit 13 q. 2. cap. 2. de rest. spol. in 6. Cavalcan.*

Cap. 34. nu. 10.

Septimo, ex mandatorum susceptione atque obedientia. *c. quem progenitores 20.*

9. Innoc. c. olim. 3. de Rest. spol.

Octavo, ex præstatione reverentiæ. *c. ex ore de His qua sunt à maiore parte Capituli.*

Nono, Quando recipit munus Consecrationis. *c. Præbiter d. 2. 4. c. hac quippe 3. q. 1.*

Decimo, Quando Pontificalia admittit. *c. Pontifices 7. q. 1. Goffredus d. c. ex ore.*

Undecimo, ex re Judicata, contra se lata, *cap. olim 3. de Rest. spol.*

Duodecimo, per exercitium Jurium superioritatis, v. g. si exercuerit aliqua jura

Pontificalia. *Menoch. l. 6. præf. 72. n. 13. qua de re vide etiam quæ alio loco scripti. q. 32.*

33. & 50.

Q U A E S T I O LX.

Cæmeteria an gaudeant Exemptione Ecclesiasticum.

1. Cæmeteria gaudent Privilegiis Ecclesie. 3. In dubio, locus non est habendus pro Cæ-

2. Locus ille pro Cæmeterio, habendus, qui ab miterio: quod fallit, ut hic.

Episcopo benedictus est.

Cæmeteria esse loca Ecclesie connexa, illiusque privilegiis gaudere ostendit

Menochius de *Arbit. Jud. l. 2. casu 95. nu. 10. & l. 5. præf. 20. Covar. var. reso. c.*

ul. nu. 5.

Sed dubium est, unde locus quispiam præsumatur esse cæmeterium Ecclesie?

quem articulum aliquot Conclusionibus enteleo.

Prima Conclusio: Locus ille pro Cæmeterio habendus est, quem latè constat ab

Episcopo pro Cæmeterio fuisse benedictum, ut & è contra non habendum pro

Cæmeterio, quem constat non fuisse pro Cæmeterio per Episcopum benedictum.

*Clem. 1. ubi D. D. de sepult. Menoch. l. 6. præf. 72. nu. 15.*

Secunda Conclusio, in dubio locus non est habendus pro Cæmeterio. *Menoch. d.*

*præf. 72. n. 16. idque nisi aliud quibusdam conjecturis præsumatur, conjecturæ autem*

tunt, si locus situs sit circum majorem Ecclesiam passus quadraginta, aut minorum

passus triginta. *Menoch. d. præf. 72. n. 18. & seqq.* Similiter si Ecclesia sit antiqua, locuf-

que apud ipsam Ecclesiam semper fuerit reputatus pro Cæmeterio. *Menoch. d. præf.*

*72. n. 12.*

Ut & si in ejusmodi loco reperta fuerint ossa mortuorum. *Menoch. d. præf. 72. n. 22.*

& quidem non paucorum, sed plurimorum. *Mascard. de probat. Concl. 289. Barib. Fu-*

*mus & cæteri Casuiste in verb. sepultura. Menoch. d. præf. 72. n. 21. in fin.* Nam ut est in

proverbio Erasmi *Cent. 7. adagio 94.* una hitundo non facit ver, nec unus Homo

Civitatem, nec unus nummus divitem, nec unum os hominem.

Q. V. E.



## QVÆSTIO XLII.

Exemptus confitens coram Ordinario debitum pro quo coram eo convenitur, an possit declinatoriam Exemptionis apponere.

## SUMMARIUM.

1. Confessio judicialis telam iudicariam non requirit.
2. Quod extendunt nonnulli etiam ad Confessionem fictam.
3. De Exemptione excipi potest non obstante confessione.
4. Quod fallit ut hic.

**D**ubitandi occasionem facit theoria juris, confessionem telam iudicariam non requirere, & ubi adest confessio, ibi non est necessaria disceptatio fori, *Inte Fel. c. cum dilecta n. 14. de Rescript. Vantius de nullitatibus tit quomodo sententia nulle reparatur num. 126. Socinus in Valentius Reg. 62. quod etiam extendere videntur quidam ad Confessionem fictam, resultantem ex statuto, quo contumax habetur pro confessio, ejusmodi enim confessione tacita, non secus quam expressa volunt procedi nulliter fabricatos sanati, *Marsi. sing. 387. Bartholus. Conf. 100. Nellus de Baranis. parte 2. temporis quest. 49.**

**R**atio est, quia confessio nihil operatur, quando de jurisdictionis defectu iocundare potest. *Fel. d. cap. cum dilecta nu. 14. in fin. Vant. d. tit. Quomodo sent. nulle reparatur n. 126. vers. quamvis quatur. DD. cap. at si. Clerici de iudicis. Specul. de Conf. §. nunc videndum vers. nunc dicendum restat. Alex. Conf. 3. l. 1. Soc. d. Reg. 62. fall. 1. Quod declato in ea specie exemptotum non procedere, qua alterius Jurisdictionem possunt prorogare: confessio enim facta coram Judice incompetente, qui Judex fieri expartium prorogatione potest, præjudicat confitentis, *Soc. d. fall. 1. Inno. c. semper de Confessio cap. Inquisitionem de elect.**

## QVÆSTIO LXII.

Monialis Exempta poenitentiae causa ad aliud Cœnobium translata, an desinat esse filia primi cœnobii?

**D**istingendum est inter translationem perpetuam & ad tempus, ut plenius videre est apud Prosperum Farinacem *Dec. 109. per tot. part. 2. paucis*, ut filia secundi effecta censeatur, opus est susceptione iterata habitus, atque etiam alterius voti emissione. *Jo. Andr. c. 1. de Infantib. expositis. Abb. cap. quod a te nu. 7. de Cler. con- jug. Ancbar. Conf. 152. Navar. Conf. 60. & 61. de Regul. & quidem de licentia superioris à quo ejecta seu emancipata vel translata dicitur, c. statuum 19. quest. 3. c. Monachum 20. qu. 4. c. licet de regul. ubi Jo. Andr. Abb. Conf. 95. & 96. vol. 1. Menoch. de arb. jud. l. 2. casu 41. nu. 14. Farin. d. Decis. 109. nu. 4. Consequentique est, ut ita temporaliter translatus ad aliud Cœnobium, ali debeat expensis non Monasterii ad quod transfertur, sed*



sed ejus ex quo translatus. Card. Conf. 27. n. 5. DD. d. cap. quod à 16. Lopus alleg. 61. n. 6  
 Covar. c. 1. n. 2. de Testam. Farinac. d. Decis. 104. n. 5.

Q U E S T I O LXIII.

Exempto aliquo Capitulo. an illius Decanus Exemptus esse censetur.

S U M M A R I U M.

- 1. Decanus est dignitas Ecclesiastica.
- 2. Que distincta à jure capitulari.
- 3. Exemptiones non sunt extendenda.
- 4. Decanus uti membrum Capituli gaudet exemptione.
- 5. Prelatura Decanalís non est distincta à jure Capitulari.
- 6. Decanus est Caput Capituli.
- 7. Canonicus Capitularis non amittit jus sibi competens uti Canonico per adaptionem dignitatis Decanalís.

**R**atio dubitandi est, quia Decanatus est Prelatura & dignitas Ecclesiastica, c. in-  
 novamus dist. 90. glo. Et DD. ad tit. C. de Decanis l. 1. q. 4. Rot. Dec. 17. in fi. vers. ego ve-  
 ro alleg. de concess. prab. in Novis. Far. de c. 533. n. 4. p. 2. Jus autem Prelaturæ distinctum est  
 à jure capitulari. Abb. c. post. electionem n. 9. in fin. de concess. prab. ad exemptionum jura, 2  
 que juris odiosi sunt, extendi non posse videbantur, late Fel. in proemio Decretalium §. 3  
 Gregorius n. 13. Et seqq. cap. odia de reg. jur. in 6. Et scripsi l. 1. q. 9. verum tamen, verius est  
 Decanum uti partem Capituli & nobilius illius membrum, eadem quo Capitulum 4  
 Decanum uti partem Capituli & nobilius illius membrum appellatur p. 1. Ratio  
 Capituli. Far. de c. 465. n. 2. vers. Imo Nobilius Capituli membrum appellatur p. 1. Ratio  
 est, quia dispositio facta in favorem Capituli, comprehendit in materia indifferenti  
 etiam illius caput, ea noscitur, de his que fiunt à pralato ubi DD. Fel. d. §. Greg. n. 14.

Ratio secunda est, quia Prelatura Decanalís non est distincta à jure Capitulari, &  
 ideo etiam sub appellatione capituli pars comprehenditur, Abb. d. c. post. Electionem 5  
 n. 9. Fel. d. §. Greg. n. 16. quod secus esse in Episcopo testatur plenè idem Solinus, d. n.  
 13. ubi etiam Apostil. & Abb. d. c. post. elect. n. 9. cujus Jura à Capituli Juribus separata  
 sunt, & distincta. Abb. d. c. post. Elect. Fel. d. n. 13. Et seq. Licet unum corpus, una cum  
 Capitulo efficere dicatur, Abb. c. 1. n. 11. de elect. cap. Novit de his que fiunt à Pralato  
 DD. c. 2. ubi etiam Abb. de Instu.

Ratio tertia, Decanus est caput Capituli, quod est corpus mysticum: Si autem di-  
 stincto jure censeretur Decanus à capitulo, eadem res diverso jure censeretur, 6  
 quod jus non admittit, l. cum que ad eff. de usu cap. non modò in corpore humano cu-  
 jus caput à cetero corpore speciali jure distingui non potest, sed nec etiam in corpore  
 mystico & ficto Capituli, ne plus operetur casus fictus in casu ficto, quam casus ve-  
 tus in casu vero, Præses in locis legalib. loco à v. fictionis.

Ratio quarta, quia Canonicus Capitularis per adaptionem dignitatis Decanalís 7  
 non amittit jus sibi uti Canonico, seu Capitulari competente. Pius dec. 100. lib. 3.  
 Natta, Conf. 44. n. 7. Fer. Dec. 228. n. 5. part. 1. Card. conf. 53.

N n n

Q V E



## Q U A E S T I O L X I V .

Jurisdic. competens Decano, an privativè vel cumulativè competat?

## S U M M A R I U M .

1. Jurisdic. competens Decano, Ordinarium ab exercitio sua Jurisdictionis non excludit.
  2. Jurisdic. accumulativè data, nullam habet incompatibilitatem.
- R**espondetur, quod Jurisdic. competens Decano, Ordinarium, & alios quibus privilegio, consuetudine, praescriptione Jurisdic. competet, ab exercitio sua Jurisdictionis non excludit. *Bursar. Conf. 391. Et seqq. Covar. c. alma mater §. fin. n. 3. p. 1. de sent. excom. Joannes Faber §. retinenda n. 19. vers. si vero omnia ista essent. Inst. de Interdictis. Menoch. de Ret. poss. Rem. 3. n. 756. dec. part. 2. late Rom. conf. 393. Quid etiam extendo ad ea, quae silentium in choro, &c. ut paucis multa complectar, ad cetera quae cultum divinum concernunt. *Arce. Conf. 102. numero 3. Bursar. d. conf. 391. num. 27. vers. nec quartum. Hac enim in Jurisdictionis accumulatione nulla nascitur incompatibilitas, Riminald. §. 1. numero 181. Et seqq. Inst. de donat. Bursar. d. Conf. 391. num. 26. Farin. dec. 534. numero 2. Et 3. part. 2. idque in judicio possessorio; licet verum si in Judicio petitorio de Jurisdictione cuiuspiam privativè competente conlatur. *Far. d. dec. 534. nu. 4. Interim, omnes pendente possessorio Judicio, Jurisdictionem hanc quae incompatibilis non est, poterunt exercere, Farin. d. Dec. 534. per tot. Ignorant autem verò Decanus, propter adfidentiam juris communis, quae stat pro eo, qui ut prima dignitate fruens & quasi caput Capituli alii praeminet. *Pruem. dec. 210. nu. 2. h. 3. Rota Dec. 4. nu. 1. de elect. in novis Concil. Basiliens. sess. 21. tit. quomodo officium in Ecclesia sit celebrandum §. si quis Principem. Farin. d. loco. à qua quaestione aliena non sunt quae superius à nobis scripta sunt h. 2. qu. 47.****

## Q U A E S T I O L X V .

Utrum autem Collegium in suum Decanum possit jurisdictionem aliquam exercere, dubitatur.

**P**osse refert Joannes Papon. in *Arestis Francia h. 1. c. 3. Arresto 4. Confirmatque arrestum auctoritate Panormitani c. irrefragab. §. Excessus de offi. ord. quem videtur*

## Q U A E S T I O L X V I .

Quid si Ecclesia quaequam Decano careat?

## S U M M A R I U M .

1. Antiquior in ordine, absente Decano, vel nullo existente, Decani officio fungitur.
- A**ntiquior ordine Decani officio fungetur, ut & vice versa Decanus officio eorum qui gradu ipsi inferiores sunt, v. g. Archidiaconorum, Archipresbyterorum, atque ita reliquorum. *Rota dec. 4. post. Princip. de elect. in Novis. Francis. Marcus dec. 13. 67. n. 5. part. 1. Card. Conf. 62. n. 1. Farin. dec. 634. n. 4. Et 5. part. 2. & proinde Decanus in eorum absentium locum succedens, ut & ceteri in locum Decani, illorum*

jure



jure uti poterunt. Rota dec. 17. post Princ. de concess. preb. in Novis. Farin. d. decif. 354. n. 6.  
part. 2. Quæ tamen ab Ecclesiasticis statutis & Privilegiis modificanda sunt.

QUESTIO LXVII.

Quid si Parochialis Ecclesia spectet ad aliquod Capitulum, utrum singuli Capitulares ab illius cura eximantur, Decanusque illius onere prægravabitur?

SUMMARIUM.

1. Ecclesia Parochialis qui probetur Collegiata.
2. Intellectio axiomatis, Provisio hominis facit cessare provisionem legis.

Respondendo, hujusmodi Parochias, quales sunt non pauca, non afficere Decanalem dignitatem, neque singulos Canonicos in individuo, sed omnes, uti Collegium, & personam mysticam. Puteus dec. 290. l. 1. conf. 267. n. 1. Cald. conf. 18. vers. Non oblati si dicatur. Lapsus alleg. 5. n. 7. Cassad. dec. 11. n. 3. de præb. Farin. dec. 340. part. 2. ideoque ejusmodi parochialis Ecclesia erit per quempiam Vicarium à Capitulo nominata: ut exercenda. Evidens autem erit probatio, parochiam esse Collegialem, si illius fructus inter collegas Collegialiter dividantur, Farin. d. dec. 340. num. 2. par. 1. trutinandum enim est onus ab æquilibrio fructuum, & ratiocinatio inde defumenda cap. qui senit de reg. Jur. in 6. ut Parochia onus ab illius commodo reguletur, ea officii de testamentis l. cum ab uno in pr. ff. de leg. 2. l. qui tutelam ff. de testam. l. i. si compensandi C. de Hered. 23. n. 12. Et segg. Farin. d. dec. 340. n. 2. idque nisi provisio hominis, hoc est pacta, aut alia legitima, & Canonica dispositio aliquid inducant, juxta vulgatum illud dogma, provisio hominis facit cessare provisionem legis, scilicet de quo homo Canone permittente disponere potuit. l. fin. C. de pactis conventis d. certe s. cum qui ff. de precario l. cum ex filio s. filium ff. de vulg. Et Pup. quod intellige, nisi hominis provisio cum legis aut Canonis dispositione possit concurrere, tunc enim provisio hominis non facit legis dispositionem deficere. Bald. conf. 329. nu. 1. vol. 1. Gozadinus Conf. 74. n. 11. Surdus Conf. 34. num. 34. lib. 1. Farinac. decif. 392. nu. 4. in fin. part. 1.

QUESTIO LXVIII.

Præpositus Ecclesiæ an dare possit licentiam extrahendi debitorem è claustris.

SUMMARIUM.

1. Distinctio inter claustra prophana & sacra.
  2. Violatione locorum sacrorum committitur sacrilegium.
  3. Ecclesia immunitas extenditur ad 30. vel 40. passus.
  4. Debetur auctoritate Superioris rectè extrahatur è claustris prophanis.
- Non 2

Quæ



Quæstio ista in facto accidit, utrum Perillustis D. Præpositus Leodiensis auctoritatem dare possit extrahendi debitorem convictum è claustris Ecclesiæ Cathedralis Leodiensis?

<sup>1</sup> Si de Claustris quæstio sit, quæ Deo consecrata sunt, de quibus uti & aliis locis Deo sacris fultè dicitur Prosper Farinacens *tract. de furis q. 172. per tot. p. 2. Et seq. tract. de Immunit. Eccles. per tot. signanter c. 18. li. 1. præf. c. Communitatis tit. qu. 28. per tot. respondebo non posse, nisi cum solemnitatibus traditis in constitutione Greg. quæ hypothese huic non quadrat.*

Si verò quæstio sit de Claustris remotioribus, quæ prophanis usibus sunt destituta, respondebo, Præpositum ob illam Præposituræ ab Episcopo primam dignitatem, de qua scribit Joannes Molanus *Tract. de Canonicis li. 2. cap. 4.* Jurisdictionem in claustris prophanis habentem, licentiam hanc dare posse.

Ratio est, quia sicuti multum interest inter loca sacra, & prophana, *Alter. de Rosat. in dictionario verb. res sacras. Farin. jam citatus. Navarr. in Manuali l. 2. nu. 18. Decian. in præf. in li. 6. cap. 2. q. 4. latè Morus Italia tract. de Immunit. Eccles. ita licet immunitatem locorum sacrorum, & Exemptionem locorum prophanorum, qualem habent Claustra ab Ecclesia remotiora, multum interest. In illis enim divini mysteria celebrantur, in his autem neutiquam: ideoque sacrorum consecratorumque Deo locorum violatione sacrilegium committi non solet: ut verò loci non sacri nec Deo per Episcopum consecrati, violatione, sacrilegium committi non solet. *Far. de Immunit. Eccles. c. 17 nu. 256. Et seq.* ut proinde cum Præpositus in claustris prophanis, Deo per Episcopum non consecratis Jurisdictionem habeat, nulla Juris ratio impediat, quo minus Jurisdictionem suam in eis exercendo, facultatem dare possit debitorem convictum extrahendi, cum etiam opinione DD. Classicorum non paucorum, debitor in quem personalis fieri potest executio, Immunitate Ecclesiastica non gaudeat, veluti nominatim respondit Oldrad. *Conf. 54.* Alber. *Rubr. C. de his qui ad Eccles. confugiunt. nu. 3. in fi. qu. 4.* Farin. *de Immunit. Eccles. cap. 3. nu. 59.* Card. Tuleus *in com. Concl. verb. Eccles. Concl. 11. nu. 30.**

<sup>2</sup> Neque impedit, quod Ecclesiæ immunitas dicatur extendi ad triginta, vel quadraginta passus, *Navarr. in Manuali cap. 25. nu. 18.* Quia opinio ita exolevit, ut non ad idem Navarrus *d. nu. 18. ver. admonemus,* idiplum fultè confirmat Farinacius *d. lococ. 18. nu. 294.*

<sup>3</sup> Toto autem Jure errant, qui adstruunt concessionem extrahendi quempiam è loco sacro, esse de reservatis summo Pontifici. Contrarium enim liquet ex Greg. 14. Constitutione eam Episcopo concedentis.

<sup>4</sup> Quin autem Perillustis Præpositus Leodiens. Jurisdictionem quasi Episcopalem habeat in locis sibi subjectis, uti sunt prophana Claustra, dubium non est. *glo. Clem. 1. verb. proprii de Reb. Eccles. non alien. Navarr. Conf. 27. de Privileg.* Itaque cum debitor legitime convictus acceptâ licentiâ Perillustis Præpositi è claustris prophanis



phanis in carceres deductus sit, non potest ipse, in quem via Juris, xentio est facta, de sacrilegio aut violata immunitate Ecclesiastica conueniri, *l. quoniam ff. de aqua pluua arc. Menoch. de Adppl. poss. Rem. n. 23. Et 24* à quo non desit Matthias Stephanus Pomeraniæ ducis Coniliarius, *l. de Jurisdictione Ecclesiastica, Et Seculari in imperio exercenda l. 3. p. 1. c. 14. n. 94.* à Catholica alioquin nostra Religione alienus, censens hanc asyli concessionem ab Episcopo, hoc est quasi Episcopalia jura habente, esse impetrandam, & consequenter quæ natura est contrariorum, ab eodem reuocandam. *libel. tam natural. ff. de Reg. Jur.* Ex quibus consequens est, obiectiones per debitorem allatas peccare in amphibologiam, nec posse concernere loca exempta, quæ prophano alicui Prælati (qualis est Præpositus primus ab Episcopo Leodiensi.) subiecta sunt, à factis enim locis ad prophana argumentatio tanquam à diversis locis non potest. *Præses loco à separatis.*

QUESTIO LXIX.

- 1. Ecclesiæ immunitati renunciari non potest.
- 2. Confugiens ad Ecclesiæ, blanditus vel aliter extrahitur, & carceri mancipatus, restituendus est Ecclesiæ.
- 3. Etiam si constaret de delicto per Confessionem confugiens.
- 4. Quod intellige, nisi hic.

Non posse, in præjudicium Ecclesiæ tradit Dom. Garzia Mastrillus in Decis. Sicilicet *dec. 169. n. 10. p. 2.* Tiber. Decian. *reprobans Jo. Viscum tract. de Immunit. Eccles. n. 16. in Præf. Crim. l. 6. c. 26. n. 12. Peck. de Jure sistend. c. 9. n. 3.* Itaque si confugiens ad Ecclesiæ, blanditus immunitatis promissa, etiam cum Juramento, aut etiam minus exierit, restituendus erit Ecclesiæ, quasi decepta & vim passa, *Garzia Mastril. d. dec. 169. n. 13. c. Constit. 17. q. 4. vers. Et ipse Reus duellus, timore ab Ecclesiâ discessit. Remig. d. 16. Clarus § fin. q. 55. n. 6.* Etiam si de delicto constaret per confessionem confugiens ad Ecclesiæ: satis enim est forma Constitutionis Reg. 14. non fuisse ex amissum obseruata, ut Ecclesiæ spoliata restitutio concedatur. *c. conquereute cap. item cum quis de rest. spol. Remig. de immunit. Eccles. q. fin. Garzia d. dec. 169. n. 12.* Idque nisi crimen sit à dicta constitutione Greg. 14. exceptum: quia imputandum ei est, qui nimia credulitate deceptus exiit, sanissime Remig. *d. tract. Fel. 26. id quod tamen alii non concedunt, sed in distim. & censent Ecclesiæ esse restituendam. Garzia d. dec. 169. n. 15.*

QUESTIO LXX.

Episcopus an habeat fundatam Jurisdictionem in Monasterio suæ Diocesis non obstante allegato Privilegio Exemptionis fundato super eo, quod Monasterium non fuerit visitatum.

- 1. Identitas non præsumitur, nisi probetur.
- 2. Exemptione Capitis, non censentur exempta membra.
- 3. Exemp-

Non 3



3. Exemptio est stricti iuris, nec extendenda de persona in personam.

4. Exemptionis que tendit in prejudicium tertii, non est facienda extensio ad augmentum superveniens.

Casus ex quo enata est præfens questio talis est. Extant in Diocesi Leodiensi plura Monasteria utriusque sexus ordinis S. Sepulchri, quæ uno excepto, scilicet Trudonensi, subiecta sunt Ordinariæ Jurisdictioni & visitationi. Monasterium illud non repetitur visitatum ab Episcopo vel ejus vicario. Interim ex eo Monasterio prodierunt duæ sorores, & concesserunt ad oppidum Huense ejusdem Diocesis gratiam inibi ædificandi Monasterii sui ordinis. Extracto tandem Monasterio Joannes a Chokier Vicarius Episcopi illud visitare, & clausuram introducere intendit. Montiales visitationem auctoritate quidem delegata Conc. Triden. admittere sunt parati, sed non Ordinaria, idque duplici ratione moræ, quarum prima est, quod per Bullam Clementis VII. enuncietur Exemptæ, 2. quod ejusmodi Exemptionis confirmacionem obtinuerunt ab Urbano VIII. 3. quod Monasterium illud Trudonense ex quo migrarunt, nunquam fuisse visitatum ad ordinario. Quærebatur quid iuris respondit Vicarius, Monasterium Huense censei Ordinario subiectum, neque illatenus adducta in contrarium officere prætensionibus Episcopi sui Domini, non prima obiectio: quoniam prædictæ Montiales non probarunt in erectione Monasterii dicti Oppidi Trudonensis fuisse Ordinis S. Sepulchri, neque enim præsumitur identitas, nisi probetur. *Corn. Conf. 144. n. 11. li. 44. Riminal. Sen. Conf. 161. n. 3. li. 1. Rota dec. 44. n. 2. p. 1. in noviss. Græveta conf. 198. n. 4. Custr. in l. non hoc C. unde vi, ac ut fuisse ejusdem ordinis S. Sepulchri, ac etiam Exemptum, quod non conceditur, non propterea dictæ montiales fuissent Exemptæ: nam exemptione capitis non censetur concessa Exemptio membrorum. Innoc. in c. ex ore de privileg. & ibi Abb. nu. 1. §. 4. Nam Exemptio est stricti iuris, nec trahenda de persona ad personam, c. sanè c. cum Capella de Privileg. fo. de Ferrar. in for. oppos. contra Instrum. Præterquam quod Exemptionis que tendit in prejudicium tertii non sit facienda extensio ad augmentum superveniens. Ang. in l. si servitus col. pen. in pr. ff. de servit. urb. præd. Albert. Brunus Tract. de Augumento conclus. 9. nu. 8.*

Ad 2. Respondetur, Bullam Confirmationis Urbani VIII. habere Clausulam dammodo sint in usu, cujus ea vis est, ut confirmentur tantum Privilegia quæ præscriptio-  
ne 40. vel 60. annorum sunt acquisita, ut alibi notavi tom. 2. p. 2. §. 454. ut taceam Episcopum non fuisse vocatum, nam omnibus placuit non esse concedendas exemptiones, nisi citatis iis quorum intereet, conc. Lateran. sess. 10. Felin. in c. cum non h. c. in pr. de præscr. Innoc. in c. dudum de Privileg. An. de Pretis de Jurisd. Episcopi c. 8. n. 1. §. 7.

Ad 3. respondetur, quod Privilegium Exemptionis non suffragetur, eò quod non appareat superiorem exiisse Jurisd. nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquieverit. Iona. in c. dilectus n. 3. vers. Possessorum. Ferall. dec. 306. p. 1. Farin. in terminis p. 1. dec. 49. n. 8. & 10.



Nec etiam retulit, quod istæ Huenfes submiserunt se directioni & jurisdictioni PP. Augustinianorum, quia id non potuerunt, ex quo hoc præjudicaret ordinariæ potestati, quæ est favorabilis, & cui Papa præjudicium facere non intendit. *Arg. c. pervenit 18. q. 1. Saph. de Grat. & Exempt. tit. de Rescr. in forma Breu. n. 50. vel Oceanus 14.*

Cum autem Controversia hæc inter dictum Dominum Vicarium & Priorissam ac conventum Monialium S. Sepulchri Oppidi Huenfis esset in Judicium deducta coram Illustriss. & Reverendiss. Domino Petro Aloysio Caraffa, is auditis partium propositionibus, & Juribus utrimque productis, pronunciavit jus Episcopo visitandi illum in eo jure manutenendum, eliminatis inde PP. Augustinianis

Q U Æ S T I O LXXI.

Causæ Collegiarum Exemptorum an possint aliis committi, quam eorum Collegiis sive Capitulis.

- 1. Capitula jurisdictione habent in Capitularibus.
- 2. Ordinarium tamen non habent de jure.
- 3. Nisi habeant consuetudine præscriptam.
- 4. Posito uno contrarium, aliud remouetur.
- 5. Per acta nulliter gesta induci lussenden-  
tia non potest, ut nec per invalidam cusa-  
tionem.
- 6. Ante litem contestationem res est adhuc in-  
(tegra.

Causa talis occurrit, Titius convenit Mævium debitorem suum Exemptum coram Juce ordinario, qui causam remisit ad Capitulum, cui Mævius se prætendebat subesse. Titius recurrit ad Nuncium Apostolicum, qui causam committit Sempronio Ecclesiæ Cathedralis Canonico; excipit Mævius se perperam prima in Instantia conveniri auctoritate Nuncii Apostolici postposito suo Capitulo, cui tantquam suo Ordini in immediatè prætendit se subesse. Quæritur quid Juris?

Paucis respondeo, Capitula certis quibusdam casibus Collegas corrigere & particulares quosdam Jurisdictionum actus in eos exercere posse. *Gregor. Sarrus in The-  
saur Theol. Moralium li. 1. cap. 6. nu. 17.*

At vero de jure verius est, jurisdictionem ordinariam in Collegas non habere. *Abb. c. cum causa n. 7. de offic. dec. & in c. ex parte decani n. 2. de Receptis.*

Adjeci de jure, ut excludam consuetudinem, qua Capitula possunt omnimodam ejusmodi jurisdictionem præscribere. *c. cum contingat de foro comp. l. 1. & l. si. c. d. Eman-  
cip. li. c. dilectus ubi glo. verb. Consuetudinem de arbit. qualis non probatur in hoc casu  
apud acta competere huic Capitulo in Mævium, proinde cum ea nõ sit notoria, judex  
eam supplere non potest, prout latius alio in loco ostendi de Juris. ord. in exempt. l. 2. q. 6.*

Præsertim quod implicet contradictionem, aliquem exemptum ab ordinariæ jurisdictione subicere immediatè Papæ, ut est exemptio Mævii, & nihilominus habere aliquem alium inferiorem à Papa, cujus ordinariæ jurisdictioni subiciatur, ut est ea jurisdictione, quam Mævius suum Capitulum habere asserit in singulos de Capitulo illiusque membra. Obstat enim huic assertioni hæc juris theoria, posito uno contrariorum in esse, remouetur aliud. *l. si inter me & te ff. de excep. Rei Jud. l. Pomponius  
S. si in fin. ff. de procurat. preses in loco à contrariis.*

Id



Id quod si ita sit, Mævius impugnare nequit prætextu alicujus litispendingæ jurisdictionem Sempronio per Nuncium Apostolicum demandatam.

Nam cum Mævius prætextu exemptionis litispendingam coram officiali impugnat, de surreptione Rescripti excipere non potest. *Farin. dec. 192. n. 4. p. 1. F. de quaest. 2. n. 10. de testib. Anchar. conf. 13. Gard. conf. 67. DD. c. ex. eo de Reg. jur. in 6.*

Ut nec ex eo, quod Titius fabricaverit Nuncio, Officialem remississe causam Mævii ad suum Capitulum.

Tum, quod Capitulum non probetur habere jurisdictionem ordinariam in singulares de Capitulo, ideoque per acta coram Capitulo nulliter gesta induci litispendinga non potest. *Farin. dec. 665. nu. 14. part. 1. Gabr. conf. 52. n. 6. § 7. li. 1. conf. 31. n. 1. § 15. lib. 2. Lanc. part. c. 4. nu. 475. Pet. dec. 144. n. 8.* ut nec per citationem, aut irritandam remissionem causæ ad judicem incompetentem. *Farin. dec. 500. n. 9. p. 2. Lancel. de attent. litispending. in pres. nu. 82. Anch. Conf. 16.* Non enim præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. *c. non præstat de Reg. jur. in 6.*

Tum, quod cum Titius litem illam remissoriam non sit prosequutus, ea ipsa prætextu litispendingæ præjudicare non potest. *Far. dec. 192. n. 4. p. 1. Anch. d. conf. 16.*

Similiter, neque ob energiam clausulæ decreto remissorio adjectæ, *salvo quod iustitia administraretur.*

Nam clausula hæc, in favorem Titii Actoris in eius odium retorqueri non debet, *l. quod favore c. de legib. cap. quod ob gratiam de Reg. jur. in 6.*

Præterea, lite coram Capitulo necdum contestata, licuit Titio variare, & Mævium coram alio Judice ex Nuncii Apostolici commissione impetere, *l. si quis stipulatus sit Stichum ff. de verb. oblig. de cons. l. non solet deterior nu. 2. ff. de Reg. jur. quia ante litis contestationem non dicitur Actor proprie egisse, sed agere voluisse, l. amplius ff. remratam habere.* Ac per litis contestationem instantiæ de jure obligari, *l. si is qui se oblituit, ubi glo. verb. qui discessit ff. de rei vendic. Bar. l. edicta n. 9. C. de eadendo § quod contrah. l. 1. §. idem scribu ff. de peculo gl. 2. §. si ff. de prat. stip. ante quam quidem litis contestationem judicii acta proprie dici non possunt, Alex. Conf. 182. n. 6. h. 6.* que exaudienda velim cum eo salis grano, quod à Roberto Lancelloto hæc in litispendingæ materia adfertur, *de attent. et litispending. in presat. n. 3. 2. 8. §. segg. nisi scilicet ex prima citatione is, qui citatur, plenissime instructus sit, Clem. 2. n. 6. Sabarella ut litispending. Vesivius in praxi lib. 4. c. 1. n. 1. Marches. de commissionib. in de commiss. §. 2. n. 15. §. 52.* Rursus, non obstat, quod Mævius prætendat se vigore constitutionis Piane Privilegorumque Cæsaratorum non posse in prima Instantia coram alio Judice conveniri, quam suo ordinario, quem præterdit esse suum Capitulum. Quam Exempti nullam agnoscunt Ordinariam quam Pontificem, in cujus generali dispositione Exempti, cum vertitur periculum exemptionis (uti hoc in casu quo coram Ordinario conveniendi essent) non comprehenduntur, uti eo latius alio loco ostendi, *de Juris. Ordinarii in Exemptos lib. 1. qu. 4. nu. 13.* ne quidem etiam prætextu



Privilegiorum Cæsareorum, quæ falcem suam in messem alienam Jurisdictionis Apostolicæ immittere non possunt. *Anch. Cass. c. irrita C. de sacros. Eccles. late Card. Mantica de tact. & ambig. conventionibus part. 2. lib. 22. tit. 19. nu. 10. & part. 1. l. 4. tit. 7. n. 3. cap. 10. cap. bene cap. Imperator dist. 96. c. Eccles. 5. Maria cap. cum ab Ecclesiarum, & surdus. DD. de constit. ut nec exempti sub ejusmodi generaliter comprehendi q. 4. n. 3. Summa, Capitulum non probatur præscriptione jurisdictionem quæsiuisse, ad quam præter longissima tempora necesse est ut probetur expressius Papæ consentiens expressa, vel implicita illius scientia. *Farin. dec. 197. & dec. 213. dec. 221. nu. 6. part. 1.**

Q U Æ S T I O LXXII.

Commissio alteri facta executionis sententiæ per Conservatorem lata, an Conservatorem ab ulteriore executione impediatur?

S U M M A R I U M.

1. Quando inter plures executores non datur incompatibilitas, alter alterum impedire non debet.
2. In dubio jurisdictio non censetur commissa procurator.
3. Quando unum remedium altero est pinguius, electio unius aliud non impedit.
4. Manus appositio Papæ æquipollet avocationi.
5. Posteriores Papæ commissiones Prioribus derogant.
6. Inhibitio sive justa, sive injusta, ligat, donec sit remota.
7. Causa semel subdelegata, potest per delegantem advocari.
8. Interpretatio faciendâ est in favorem obtemperantis rescriptum executivum.
9. Subtilitate nimia impingimus in justitiam.
10. Juris apices cedere debent æquitati.
11. Rigor quando æquitati præferendus.
12. Executiones decreta non faciliè revocandæ.
13. Inhibitio contra jus non inducit nullitatem actus contra eam gesti.
14. Fallit in inhibitionibus a S. Sede emanatis.

**R**espondeo, executionem alteri commissam non impedire Conservatorem, quominus etiam exequi suam sententiam possit.

Prima ratio, quando posterius Rescriptum priori Rescripto aut jurisdictioni alteri competenti non ita adversatur, quin ambo jungi aliquo modo possint, posterius rescriptum priori jurisdictioni alteri competenti non derogat. *Alciat. l. pacta novissima ad verb. non prohibens, verb. quid enim si, C. de pactis.*

Secunda, quando inter complures executores non datur incompatibilitas, alter alterum in executionis exercitio impedire non debet, per tradita *Far. de. 533. n. 2. p. 2.*

Tertia, in dubio Jurisdictio censetur commissa non privativè sed accumulativè cum alio, *DD. c. Pastor, de offic. ord. scripti latius supr. q. 23. præsertim verò cum ex una parte militet favor vincens, cujus post Cadmeam victoriam, ut est adagium, interest habere complures, qui sententiam ejus in favorem latam exequi possint. Far. d. Dec.*



d. dec. 30. nu. 4. part. 2. Et ego d. qu. 23. atque alia ex parte odium victi, qui sententiam executionem adversus se late ad instar proverbialis Echini partum differentia later fugit. *Erasmus in Chiliadibus cent. 4. Proverb. 79. Menoch. lib. 2. presump. num. 22.*

Quarto, quando unum remedium altero est pinguius, electio unius, alio non impedit. *Bart. l. in Provinciali num. 3. Et 4. ff. de novi oper. nunt. ideoque nihil obstat, quo minus etiam auctoritate Conservatoris sententia ejus executio urgeri possit, uti in non ab simili casu id ipsum alio loco fusius confirmavi libro quarto quest. 91.*

Quinto, concessum uni, non censetur alteri ademptum, quando concessio alteri facta non sit gratia adimendi, sed ad majorem provisionem & cautelam ejus a quo videtur auferri, uti longè hanc Theoriam explicans tradit Albertus Brunus de diminutione & deterioratione *Concl. 19. num. 126.*

Idque sustineri potest, cum executionis commissio emanat ab aliquo inferiori, sed majoris est difficultatis in hoc casu, quid si Papa sententia per conservatorem late executionem alteri demandet? Hoc in casu Papa manus suas apposuisse collectioni, & inhibitioni late ostendit *Robertus Lancelottus de attentatis part. 2. cap. 10. et seqq.* Unde Papa committendo alteri causam ad Ordinarium spectantem, censetur eam ab Ordinario avocasse, atque Jurisdictionem Ordinarii ea in causa extinxisse. *Lancelottus d. cap. 10. num. 17. late. Gaill. lib. 1. observ. 41. num. 12. late Maranta de reb. Jud. part. 4. dist. 16. nu. 37. cap. ceterum de rescriptis cap. pastoralis §. si eod. tit. Rebuffus ad ord. Reg. tit. de avocationib. art. 1. num. 101. uti & posteriores Papæ commissiones prioribus præjudicare decisum est. Rota decis. 6. et 7. de Rescript. in Novis. cap. ceterum ubi DD. Et in cap. ex tenore de Rescriptis. Fel. cap. extiteris de offic. del. text. cap. Pastoralis §. præterea de offic. deleg. secus porro si commissio emanaret ab inferiore: ex enim tacite avocationi æquipollere non possit: cum certi juris sit inferiores à Principe ab aliis causis avocare non posse. *Maranta d. dist. 16. num. 38. Philip. in c. ut nostrum col. 4. vers. 3. queritur de appell. Castrensis late l. Judicium solentur ff. de Judicium.**

Porro, quod restrinxi in Commissionibus Papalibus, id factum quidem est ob reverentiam & auctoritatem sanctæ Sedis, cujus gratia inhibitiones sive justæ, sive injustæ ligant, donec fuerint remota, uti etiam de Rotalibus inhibitionibus late ostendit *Robertus Lancelottus de attent. part. 2. cap. 1. l. m. 2.* secus porro in aliis delegatis sub delegatis possint avocare, jurisdictionemque eis demandatam revocare. *Bartholus Mandosus de inhibitionib. quest. 20.* In quibus perplexa est questio, num causas à suis sub delegatis possint avocare, jurisdictionemque eis demandatam revocare. *Bartholus de Judicium.* At verò Areopagita Mantuanus Jurisconsultus Patavinus in l. Judicium solentur ff. de Judicium.



soluitur ver. 4. censuit, causas semel subdelegatas non posse per eos qui delegarunt  
 advocari, citaque in auctoritatem Baldum in cap. licet in fin. de officio deleg.  
 ut ut sit, censuerim commissionem executionis sententiæ per alium latæ, cuidam  
 alteri per Nuntium Apostolicum factam, non impedire, quo minus is qui sen-  
 tentiam tulit, ad quem alioquin executio spectaret, juxta distinctionem Abbatis  
 in cap. Pastoralis §. Præterea num. 5. & seqq. de officio del. ff. suam sententiam exequa-  
 tur, neque nisi præsupposita opinione Bartholi, & sequacium in dicta lege Ju-  
 dicium solvatur. manus Judicis ex-quentis per avocationem expressè delegantis  
 insciuntur ligata; Tum quia interpretatio facienda est in favorem obtinentis  
 Relcriptum executivum, Casar à Grassis Decis. 24. numero 5. Roland. conf. 8  
 77. volum. secundo l. ut habere possit plures executores, qui ut est in adagio,  
 Caducæam ejus victoriam nequitiam sunt obtrendendi apices Juris. Lapsus allegat.  
 Tum quia in relcriptis nequitiam sunt obtrendendi apices Juris. Lapsus allegat.  
 79. numero 17. nec consequenter lubiles illi quæst. anfractus an & quando  
 posteriora Relcripta Prioribus derogent, de quibus DD. in d. cap. ceterum & in  
 cap. ex tenore de Rescript. Menoch. de arb. Jud. lib. secundo sent. 3. casu 202. numero 62. &  
 seqq. Sed recurrendum est ad epikejam seu ad æquitatem justitiamque, unicuique  
 tribuentem, ne (ut eleganter tradit Guilielmus Budæus in annotat. ad pan-  
 delias lib. 1. ff. de Just. & iure) per Aristotelem Acrobodicæi, id est præduri, rigi-  
 dique juris usurpatores censeamur, quod etiam iudicibus cavendum tradit Salo-  
 mon iniquiens Eccles. 70. Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quam necesse est.  
 Guiliel. Budæus ibidem, ut proinde cum in hoc genere subtilis juris prudentiæ  
 soleat plerumque sub autoritate juris permissio in ipsam justitiam impingi, l. si  
 servum ff. de verb. oblig. Satius sit, eodem Budæo teste epycizare, seu juxta  
 æquitatem quam iudices semper præ oculis habere debent, l. quod si Ephes. 5.  
 fin. ff. de eo quod certo loco. ex æquo & bono decernere, Budæus d. l. ff. de Just.  
 & iure exempt. Servii Sulpitii, cui (ut refert Cicero Philip. 9.) si omnes  
 ex omni ætate qui intelligentiam juris habuerunt in unum locum conferrentur,  
 non essent comparandi; Quippè quod ipse non magis Jurisconsultus quam Justi-  
 tiæ fuerit, omniaque quæ à legibus, & jure civili proficiscerentur, ad faculta-  
 tem æquitatemque semper retulerit, neque tam constituere litium actiones,  
 quam controversias tollere maluerit, estque id etiam Pontificio Juri confor-  
 me, quo juris apices æquitati cedere debent, haud difforme. glo. cap. dilecti 10  
 verb. subulter de Judicis Jas. §. Item si quis in fraudem numero 78. Instr. de  
 Actio. Duenna Reg. 335. limit. quarta, Gaill. libro secundo obser. 27. numero 28. gl. c.  
 huic etenim verb. ex nimia subtilitate dist. 49. dummodo tamen subtilis ille rigor in  
 specie non sit aliqua lege aut constitutione expressus, nam eo casu æquitati in spe-  
 cie





eienon scripta quantumvis etiam in genere, expressè esset præferendus, *L. profectus*  
*DD. ff. qui et à quibus fason l. Placuit ubi etiam DD. de Judicis. Abbas cap. fin. m. 9. m.*  
*Apostil. de transact. quod restringo, nisi æquitati non scripta conjuncta esset præferenda.*  
*Menoch. præsumpt. lib. 1. quest. 22. Eclm. cap. jurgantium nu. 1. de re jud. ut de iur.*  
*arbitariis verfaremur, de quibus fusc Menoch. de Arbit. Jud. Felin. d. cap. Jurgan-*  
*tium ubi Abbas cum Apostilla, estque id Gregoriana Constitutiō congruens, quia ita*  
*tuitur Jurgantium controversias celeri sententia terminari debere, quia id æquitas*  
*convenit & rigori. dist. cap. Jurgantium. proinde caveat iudex, ne sit sapientior aut*  
*mitior lege, quæ decisioni causas quadrans invenitur, autentica de Judicibus §. oportet.*  
*Aristoteles Rhetor. l. 1. cap. 37 in fin. Rodricus Gallicus de Reducibus lib. 2. cap. 3. num. 43.*  
*Judicis enim non est personarum habenda acceptio, quam affectus regebat, quare, ut*  
*juxta Erasmi adagium Chiliade 3. adagio fol. 863. Justitiæ oculos assumens quosvis,*  
*sinceri, recti, & incorrupti immotique sunt, Gellius noct. Att. lib. 14. cap. quatuor.*  
*Considerabit res semel justè judicatas nulla debere excusatione nec subterfugio dis-*  
*ferri. cap. sicut secundo quest. 1. ne in immensum trahantur finita litigia, alioquin non-*  
*quam dabitur discordantibus pax, si juxta adagium Adriani Junii, cont. §. Adagio 68.*  
*rica Fellenæ executionum Moratoriæ pulverem oculis Judicum, qui veri justitiæ*  
*non sunt Sacerdotes, suffundentes admittentur. Cassiod. lib. 1. var. Epist. lib. primo d. cap.*  
*Jurgantium Clem. ut callumnias de re Jud. Clem. dispendiosam de Judicis cap. finem de*  
*dolo §. cont. hinc Aristarchi Judices, qui in Palestra Judicaria veritatem bene triverunt,*  
*12. executiones rerum Judicatarum minus ritè decretas non revocant, sed male etiam in*  
*possessionem immisos manu teneant, Achilles à Grassis deo. 45. numero sexto, de postu-*  
*nibus Alex. l. si Enia §. finali. ff. de damno infecto. Molinens ad cons. Paris. ut. 2. §. 52. nu-*  
*mero 186. §. segg. Idque etiam si executio decreta fuisset in præjudicium Inhibitionis,*  
*13. dummodo tamen ea non sit Canonica. Lancellot. de Authentis part. 2. cap. 20. Annot. 1.*  
*Inhibitio enim contra jus facta, non inducit nullitatem Actus contra eam gest. abbb.*  
*cap. cum venisset numero 4. de Restitutionibus in integrum Paris. cons. 108. numero 11. lib. 3.*  
*Lancellot. d. Annot. 1. num. 74. §. segg. Maranta de ord. Jud. part. 6. Act. 2. in decis. 35.*  
*num. 197. Præsertim etiam quod cuilibet inhibitioni soleat influere tacita hæc clau-*  
*sula si de jure fieri potest. Lancellot. d. cap. 20. declarat. §. Castren. cons. 22. August. Birei.*  
*14. cons. 85. num. 23. lib. 3. Quod tamen, ut ante scripsi, restringo in inhibitionibus sanctæ*  
*Sedis, & Rotalibus: Nunquam enim ista Sedes cui par honor exhiberi non potest,*  
*contemni debet; Denique ut paucis multa complectar, Judices hac in hypothesi*  
*assumant Judicii imaginem, quam describit Gellius Noctium Atticarum libro 14.*  
*cap. 4. Forma atque filo virginali affectu; vehementi & formidabili, lamini-*  
*bus*



bus oculorum acerbis, neque humilis, neque atrocis, sed reverenda cujusdam  
 iustitiae dignitate. Emblema significans Judicem, qui Iustitiae antistes esse de-  
 bet, oportere esse gravem, sanctum, serenum, incorruptum, inadulabilem,  
 contra improbos, nocentes & vitiligatores immisericordem, atque inexorabilem,  
 erectumque ac arduum ac potentem, idest Majestate æquitatis veritatisque ter-  
 nificam.

QUÆSTIO LXXIII.

Quid si quispiam pendente conditionali sententia eximatur?

Substiterit sententiam conditionalem, quamvis superveniat exemptio, respon-  
 dit Federicus de Senis *Consil.* 16. fundata enim per præventionem Jurisdictione,  
 superveniens fori mutatio nihil potest immutare, *cap. propositi, de foro competenti*  
*cap. proutera 2. de appell. cap. & ita contra Archid. & Dominicum in cap. de Constitu-*  
*tionibus in 9.* respondit Federicus *d. consil.* 16. qua de re ego etiam plenius tractavi  
 alio in loco *lib. 2. quæst.* 16. ubi eandem Conclusionem restitui; quod hic non  
 repeto, ne actum agam.

QUÆSTIO LXXIV.

Ordinarius an in locis Exemptis possit jurisdictionem exercere?

SUMMARIUM.

1. Ordinarius jurisdictionem non exercet in locis Exemptis.
2. Quid si accedat licentia expressa vel tacita ejus cujus est locus Exemptus.
3. Quid si præscriptio adfuit?

Respondetur, non posse, *cap. cum Episcopus ubi glossa de officio ord. in 6. & DD. r*  
*alio loco à me laudari libro 2. quæst. num. 5.* adinstar etiam Episcopi, qui Juris-  
 dictionem alia in Diocesi exercere non potest. *cap. Episcopus. 8. quæst. 2.* sed quæstio  
 est, quid si accedat licentia ejus cujus est locus exemptus, etiam quo ad solam ju-  
 risdictionem? suum enim propriè dici potest non modo ratione domini, sed etiam  
 respectu jurisdictionis quam quisque habere potest in loco. *glo. cap. 1. de postulat.*  
*Pralat. Franc. cap. ut lingantes nu. 1. de offi. ordinari in 6.* perplexa utcumque est hæc  
 quæstio: Sunt enim, qui requirant expressam licentiam ejus cujus est loci Jurisdictio,  
 una cum ejus consensu in quem Jurisdictio exercetur, *Navarrus conf. 41. num. 2. de*  
*temp.*

ooo 3



temp. ord. Decius l. Finali not. 9. ff. de jurisd. om. jud. Navarr. conf. 41. de temp. ordina-  
 tionem eius ad quem locus spectat, uti videre est apud Philippum Francum, ad  
 ut ligantes num. 2. & 3. qui contra Joan. And. d. cap. ut ligantes, Bald. l. si quis ex  
 sonu C. de Episc. audi. in fin. Curt. de Feudis part. 7. quæst. 5. ubi disputatur de paten-  
 tacia & expressa, censet sufficere tacitam, per leg. quæro de solut. Imò sunt etiam  
 sentiant jurisdictionem alieno in territorio exerceri posse partibus non contradic-  
 tibus inter quos Spec. de Comp. Jud. adu. §. 1. vers. quid si duo pssim & Tn. de leg. 3.  
 nunc dicendum vers. sed pone. Franc. d. c. ut ligantes nu. 2. & in de Appell. §. nunc in alio  
 mus vers. sed quid si de facto, ut & si jurisdictionem in alieno Territorio exerceri quis  
 piam præscripserit, ut & si quispiam id præscriptione acquisiverit, ratione enim  
 consuetudinis aut præscriptionis iudex poterit alieno in territorio jurisdictionem  
 exercere, atque etiam in maleficium sive criminolum manus iniicere. Franc. d. cap. ut  
 ligantes num. 2. Bald. l. 3. in fin. ff. de testib. glof. cap. conquestus 9. qu. 4. glof. cap. dicitur de  
 arbitris Archid. cap. placuit l. 1. 16. qu. 1. qua de re vide etiam supra quæst. 6.

Q V Æ S T I O LXXV.

Canones disponentes aliquid de Jurisdictione ordinaria fovenda, tollenda,  
 moderanda, an includant solam ordinariam de jure communi, an  
 verò eam quæ competit consuetudine præscripta,  
 vel Privilegio.

S U M M A R I U M.

1. Lex generaliter loquens generaliter est intelligenda.
2. Jurisdictio ordinaria quovis titulo acquisita est propriè ordinaria.
3. Dispositio loquens de jurisdictione ordinaria, comprehendet omnem illius speciem.

Q Ua in quæstione licet ab eo, qui orio abundaret, multa utrimque adferri possent,  
 ego illius penuria, paucis multa complectens, dico comprehendere omnem  
 jurisdictionem ordinariam, sive ea jure communi competat, sive consuetudine,  
 præscriptione, Privilegio, aut quocumque alio iusto titulo acquisita. Navarr. Conf. 9.  
 nu. 1. de Privileg. Primo, quia lex generaliter est intelligenda leg. de pretio ff. de publice in-  
 rem act. cap. soluta de majori. & obed. Secundo, quælibet jurisdictione ordinaria quovis  
 titulo acquisita, est propriè ordinaria, sive ea jure communi competat, sive consue-  
 tudine, præscriptione, privilegio, aut alio titulo, ad instar generis, quod propriè præ-  
 dicatur de omnibus suis speciebus. Bald. l. 2. d. C. de Jure aureorum annulorum. Tertio  
 sicuti facultas concessa inferiori Episcopo delegandi ea quæ sibi proprio jure compe-  
 tuat, comprehendit etiam sibi consuetudine, præscriptione, Privilegio, aut alio  
 titulo



titulo iusto competentia, glos. Abb. Feli. Et DD. cap. fin. de offic. ord. Ita à rationis paritate, dispositio loquens de iurisdictione ordinata, comprehendit omnem illius speciem live iure communi, five alio titulo competat.

QUESTIO LXXVI.

Citans Exemptum coram Ordinario, an præscriptionem interrumpat?

SUMMARIUM.

- 1. Appellatio coram honestis personis admittitur, cum copia iudicis competentis haberi non potest.
- 2. Testes ad perpetuam memoriam coram incompetente examinari.
- 3. Citatio coram iudice de cuius iurisdictione dubitatur, operatur ut citatus comparere debeat, quod fallit ut n. 4.

Distinctione utendum est: aut certum est ordinarium esse incompetentem, & eo casu præscriptionem non interrumpit, l. pen. Et ibi DD. C. ne de statu defunctorum cap. ut debitus ubi glo. verb. coram idoneo de app. glo. cap. placuit §. hac verb. interrupta de prescrip. Quod limita, nisi iudicis competentis copia haberi non possit, arg. l. ubi adsum ff. de iur. Et curat. datis ab his. 70. Franc. Balbus de prescrip. in 4. quest. princ. 6. par. num. 1. 4. verum ampliatur 4. Ita enim etiam appellatio coram honestis personis admittitur, cum copia iudicis competentis haberi non potest, cap. fin. ubi glo. de app. Lapsus alleg. 38. & testes ad perpetuam memoriam coram incompetente examinari possunt, cum competentis copia haberi non potest, Angel. Et castro. l. cum hic qui- bus 5. transactiones alimentorum ff. de Transact. Mandos. ad Reg. Canc. 34. q. 40. n. 4. Aut dubium est, an ordinarius haberi possit pro competente, & tunc præscriptio interrumpret. Mandos. d. quest. 40. num. 5. arg. l. 2. §. sed. Et si dubietur Et l. si quis ex aliena ff. de iud. l. 2. ubi glo. verb. citatur ff. si quis in ius vocatus. Citatio enim coram iudice de cuius iurisdictione dubitatur, operatur ut citatus comparere debeat, & excipere. Lap. alleg. 16. §. 58. Et utrobique late num. 9. Et col. Penul. Mandos. d. quest. 40. idque potest citare faciens aliquem ante ipsius citantis vel citati comparitionem l. quamvis Et ibi Bald. Et Alex. num. 4. ff. de in ius voca. Mandos. reg. Canc. 34. quest. 66. nu. 6. l. in Criminali ubi glo. verb. in instructo C. de iurisdic. om. iud. l. 1. ubi glo. ff. de in ius voc. Castro. l. si quis maior. c. de transact. Idque, ne iuste pœnitentibus humanitas amputetur. l. si quis libellos C. de appell. Bellam. dec. 496. ante finem.

Deinde, nisi citatio aut litis contestatio sit nulla. Mandos. ad reg. Can. 29. quest. 96. Abb. cap. illud num. 1. 4. de prescrip. in 4. quest. princip. 6. par. 15. Tiraq. de vet. glo. 2. n. 3.



Sic etiam Rescriptum quod nullum est, nullas solet effectus operari, glo. in cap. extenore ubi Fel. numero 2. de Rescriptis. Quae quidem obtinere possunt lexum dum juris civilis rigorem: at vero jure Canonico notandum est, omnem praesumptionem interrumpi per solam executoris missionem, unde quaque enim supervenit mala fides, etiam sine aliquo iudicio, interruptitur impediturque praescriptio Angelus §. equè num. 1. 4. vers. adversas tamen, cap. fin. ubi DD. de praescripti. Dyn. cap. de Reg. iur. in 6. Bald. lib. 2. C. de servit. et aqua vers. ulterius quatuor nunquid praescriptio

QVÆSTIO LXXVII.

Monasteriis an Episcopus praeficere possit Clericos Sæculares.

SVM MARI VM.

- 1. Appellatione Monasteriorum, veniunt Religiosi utriusque sexus.
- 2. Praeficere aliquem alicui Monasterio, est de lege Diocesana.
- 3. Clerici Sæculares Monasteriis praefici non debent.
- 4. Non expedit homines diversa professionis esse in eodem loco.
- 5. Regularia Regularibus, Sæcularia Sæcularibus sunt relinquenda.
- 6. Moniales melius reguntur à Regularibus ejusdem Ordinis, quam ab aliis.
- 7. Beneficia Sæcularia Sæcularibus, Regularia regularibus sunt relinquenda.

**P**raemitto appellatione Monasteriorum non tantum comprehenduntur Monasteria de vita et honeste Cler. Clem. 1. ubi glo. 2. de electione. Mandos. ad Reg. Canc. ell. 2. in praesat. nu. 6. Praemitto secundo, praeficere aliquem alicui Monasterio videri esse de lege Diocesana, à qua lege Monasteria alicui subiecta sunt in multis Diocesi- legis speciebus exempta. c. inter cetera 10. q. 4. cap. cum pro utilitate 16. qu. 1. cap. quam su 2. qu. 18. et cap. Abb. cap. luminoso ibidem et scripsi lib. 1. quæst. 15. & consequenter Monasteriis praefici non debent Clericos Sæculares Gregorius summus Pontifex Joanni Archiepiscopo Ravennati rescriptis in cap. perveni ad me. et in cap. dudum ad nos 18. quæst. 2. tum quod Hierarchia, & con veniens ordo status cujuslibet Ecclesiae sive Regularis, sive Sæcularis non sit subvertendus. cap. 2. de supp. negl. Fra- 4. l. Archid. d. cap. per vene num. 3. 18. quæst. 2. tum quod non expedit homines diver- sæ professionis esse in eodem loco cap. in Nova 16. quæst. 7. Archid. d. cap. perveni numero tertio. tum denique, quod sacrosancto Concilio Nicæno cap. 5. 4. sancitum sit, Regularia regularibus, Sæcularia secularibus esse relinquenda. Reverendissimus Genibrardus Archiepiscopus ad aquas sextias, de sacrarum elect. jure et necess. cap. 2. art. 8. fol. 33. Sic etiam in Concilio Agalenti statutum est, Monialium Monasteria rectiu



estius convenientiusque regi per mystagogum aliquem regularem ejusdem vitæ & professionis Monasticæ, quam per aliquem Sæcularem Sacerdotem. *cap. in decima 18. quest. 2. præficiendo enim exercitio vitæ Monasticæ signanter sanctorum, Sæcularem Sacerdotem, esset arare in bove & alino, quod lex Moysis, sacraque Scriptura detestatur. d. cap. in nova 16. quest. 7. cap. cum causam de elect. glo. cap. 4. in verb. Clericos Sæculares, de statu. Monach. que prohibet in uno eodemque vitæ officio disparem vitam professionem concurrere. glo. d. cap. fin. in verb. Clericos Sæculares, quod etiam Decretis Concilii Calcedonenfis fuit interdictum, ad eod ut Sæcularibus Sacerdotibus etiam censoriam notam in Regulares ferre, fuerit impermissum. Renatus Choppinus etiam censoriam notam in Regularibus Regularibus sunt relinquenda. *cap. cum de enim Sæcularibus Sæcularibus, Regularia Regularibus sunt relinquenda. cap. cum de deff. de præb. in 6. Wames. conf. 29. nu. 1. de supp. negl. Pralat. Conc. Trid. sess. 14. cap. 10. de Regularibus, qualiter autem Regularia beneficia à Sæcularibus decernantur, vide post Felinum in cap. in nostranum. 24. & 46. de Rescript. Wames. d. conf. 29. num. 3. Quod restringo, nisi iusta aliqua causa superveniat, ob quam aliter veniat statuendum. Host. app. quod. Dei uncrem. de statu Monach. Arch. d. cap. per venit nu. 2. de fin. 38. quest. 2.**

Q U Æ S T I O LXXVIII.

Ordinarius an ab Hospitalariis elemosynarum aliisque possit exigere rationem.

S U M M A R I U M.

1. Destinata in unum locum, in alium converti non debent.
2. Ordinarii de jure conciliari fundatam habent intentionem visitandi Hospitalia, Collegia, Confraternitates, & statuta condendi. n. 4.
3. Quod extendit, etiam si fundator id prohibuerit.

**P**roest: nisi Exemptio aliqua obstat. *Clem. quia contingit, ubi glo. & DD. de Reliq. domib. Abb. cap. 1. de Exemp. & vend. Fel. cap. dilectus de offic. Ord. Wames. conf. 293. tom. 2. ideoque exquiret ordinarius, ne Elemosynarii juxta proverbium unum altare detegant, ut aliud regant. d. cap. quia contingit. Cons. Trid. sess. 7. de Reform. cap. 15. ut nec ne destinata in unum locum, in alium convertantur, prout & ne relicta pauperibus unius loci, alterius loci pauperibus quantumvis egenis distribuantur. Bald. & DD. id quod pauperibus C. de Episc. & Clericis. Wames. d. conf. 293. quod restringo,*

PPP



fringo, nisi Elemosinaria necessitatem præcisam non habeat. *Abbas d. cap. 1. nu. 1. de Exempt. ex vend. Fel. d. c. dilectus. Wames. d. Conf. 293. nu. 4. ut & nisi Elemosinaria sit à jurisdictione ordinarii Exempta, uti de elemosynariis ordinis Teutonico respondit Wames. d. conf. 273. nu. 4. Conc. Trid. sess. 23. cap. 38. vers. fratrum S. Joannis de Reforma. Regulariter tamen ordinarii auctoritatem habent in Jure conciliarium datam visitandi Hospitalia, Collegia quæcunque, ac etiam Confraternitates Laicorum, non tamen quæ sub Regum immediata protectione sunt, sive eorum licentia, ex dispositione Concil. Trid. d. 1. sess. 7. & cap. 13. & sess. 22. c. 8. Quos extenditur etiam Episcopus possit visitare Confraternitates personarum Secularium in Ecclesiis Regularium exemptorum existentes: non tamen earum Capellas, ut altaria, quæ intra easdem Ecclesias consistunt. *Barbosa tract. d. pag. 450. Secundo, extenditur etiam si fundator id prohibuerit, Si vult. verb. Hospitalia q. 1. & 2. praxis Neapol. 17. Affl. d. dec. 67. Tertio extenditur ut ordinarius, visitando possit etiam condere statuta ad reformationem hospitalium, & Laicorum pertinentia, ut sacra Congregatio resoluit. 11. Feb. 1574. Quia præsupposita facultate visitandi, venit correctio reformatio, & per consequens veniunt statuta in ordine quæ sunt ad colligendum, reformandum; ad hunc enim effectum rationes ei reddendæ sunt, ut prava reformet, & dilapsa restauret, atque omnia ad rectæ rationis modum reducat, *Guerre. lib. 1. Canon. questio cap. 35. nu. 27.***

---

Q U Æ S T I O LXXIX.

Scholares an Privilegio Scholasticitatis renunciare possint.

**D**ubitandi occasionem præbet, quod Privilegio ordini concessò renunciari non possit. *DD. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. verum omittis pluribus, verius est quod renunciate possint. glo. ult. in fin. l. si convenerit ff. de Jurisdic. om. Jud. ubi Barib. Alex. & Jus. Wames. conf. 70. nu. 3. de Judicis & foro compet. vol. 1.*

---

Q U Æ S T I O LXXX.

Ordinarius an supplere possit negligentiam Prælatorum Exemptorum.

**O**rdinarius non potest ordinaria sua potestate supplere negligentiam Prælatorum Exemptorum, sed bene delegata seu Apostolica potestate, juxta quædam



in Constitutione Pontificia habetur in Clem. 1. de supp. neglig. Prælat. Wamef. conf. 65. mem. 4. de iudiciis, vol. 1. id quod Joannes de Imola à negligentia extendit ad pleraque alia in d. Clem. 1. num. 8. plura sub hac re videantur apud Wamef. d. conf. per totum, & quæ scriptum 2. part. 1. §. 6. nu. 74.

Q U Æ S T I O LXXXI.

Prælatorum nomine qui comprehendantur.

Præcedenti quæstione facta mentio Prælatorum viam nobis aperit ad hanc, qui Prælatorum nomine comprehendantur: imprimis comprehenduntur Abbates, quære dicantur Prælati, & ordinarii. cap. nullus monachus cap. nullam potestatem 18. quæst. 2. cap. ne pio defectu §. statimus cum gloss. vers. Regularis de elect. Deinde, Prælatorum appellatione veniunt, quotquot Jurisdictionem ordinariam habent, ut sunt Decani, Præpositi, Archid. Archipræsbyteri, & alii inferiores, jurisdictionem ordinariam habentes. cap. decernimus ibi Abbas, Felin. de iudiciis. Mandos. in Reg. Cancellaria Reg. 26. quæst. 6. n. 4. & 5.

Q U Æ S T I O LXXXII.

Personæ miserabiles, an vocare possint Exemptos in ius coram miserabilium personarum Judicibus?

Alio in loco lib. 4. quæst. 108. quærivimus, an exempti vocare possint in ius personæ miserabiles coram Judicibus Exemptorum, hic quæro, quid in casu converso, utrum personæ miserabiles vocare possint Exemptos coram personarum miserabilium Judicibus propriis? breviter respondeo non posse; quia licet miserabiles personæ possint certis ex causis iudicem eligere, non tamen possint eligere iudicem incompetentem, Afflic. dec. 257. Denique, quod statuitur, miserabiles personæ habere ius eligendi iudicem Rei, procedit, quando reus habet plures iudices de jure communi, & alium ex privilegio, sibi & Actori tributo, tunc eligens forum, secundum jus commune præfertur eligenti forum, secundum Privilegium, Afflicus d. dec. 257. nu. 6.

Q U Æ S T I O LXXXIII.

Personæ miserabiles, an de feudali causa litigare debeant coram paribus Curie.

Henricus à Rosendall insignis feudologista, censuit miserabilem personam feudali spoliatam, aut interturbatam, conqueri posse non coram Curie paribus, sed



sed Judice suo Ecclesiastico cap. 12. Concl. 1. nu. 19. fol. 290. citatque in eadem sententiam Schraderum De Feudis sect. 2. nu. 34. & seqq. DD. cap. ex parte de foro comp. l. 2. etiam in Feudi institutione privilegio miserabilitatis esse renunciatum, Rosenall. Concl. 1. nu. 20.

---

Q U Æ S T I O LXXXIV.

Milites in Caussa Feudali, judicibus Feudorum an subiciantur?

**R**espondetur breviter, quod licet milites fori privilegio gaudeant, conveniunt nisi coram militum Praefecto non possunt l. Magistro C. de Jurisdic. om. jud. de omnibus ff. de Cust. reord. l. 2. ff. De Remi. cap. nullius omnium 7. quest. 1. Spec. de Sen. Attamen Feudalibus in causis jurisdictionem Judicum Feudalium subterfugere non possunt. Schrader. de Feudi. pari. 10. sect. 1. nu. 10. nu. 3. & 18. Rosenall. de Feudi. cap. 12. Concl. 1. nu. 15. & seqq.

---

Q U Æ S T I O LXXXV.

Exempti an sub se habere possint Curiam Saecularem?

**E**xempti quibus Jurisdictio competit, possunt habere suppositum sibi aliquod inferius Tribunal seu Territorium ac jurisdictionem ratione bonorum suorum, quibus adherere solet jurisdictio, Bald. c. 1. de eo qui curiam vendidit & in l. 1. §. hoc dicit ubi Barth. ff. si quis testam. libet esse, uti de Curia Tenantium pagi de Dillen propè Stechemium Oppidum Diocesis Leodien. ad Capitulum S. Servatii respectu bonorum spectante Respondit D. Wamelius Conf. 67. de Judicis & Conf. 175. de appellat. Illud hic (perargos) queritur, utrum ejusmodi Curia censeri debeant Ecclesiasticae vel Laicae si Judicum conditiones, qui plerumque Laici sunt, intueamur, Curiae videbuntur Laicae, At verò si personarum & bonorum unde judicandi potestatem detulerunt, intueamur, jure representationis atque surrogationis eodem jure censeri debent, quo illi quos representant ac referunt, & quarum respectu jus dicunt, Barth. d. l. 1. §. hoc autem. Wamels. d. Conf. 67. nu. 5. in fin. Comparationem porrò superioris ad inferiorem, metiri oportet non ex persona appellantis, neque etiam ex genere causae, sed ex persona judicis, à quo provocatus, ut qui eum ex majore magistratu vel ordine; superioritatem vel jurisdictionem habet, ab eo judicatum, vel emendet vel confirmet. Wamels. cap. si duobus §. denique asp. de app. & consequenter ab ejusmodi Curia appellatio interponenda est, non



ad iudices Seculares, sed ad iudices Ecclesiasticos. *Wames. late Conf. 175. de appell. & in d. cap. si duobus §. denique num. 2. de appell.* tum quod causa que coram eju[m] o[mn]i Cuius agitur, cense[n]s debeant Ecclesiastica *d. conf. 175. num. 7.* Causa qu[od] p[ro]p[ri]e Ecclesiastica consideratur non solum ratione materiae, quando de rebus spiritualibus, scilicet decimis, matrimonio, beneficio, vel aliis similibus disceptatio est, agitur, *gl. cap. 11. quest. 1. Clem. dispendiosam de iud.* Aut persona Clerici, quae conventio[n]e, verum etiam respectu iudicis, qui de causa cognoscit sine distinctione causa[m] spirituales aut prophanas. *cap. diligenti. cap. significasti de foro comp. Wames. d. conf. 175. num. 7. & Wames. d. §. denique num. 2.* Tum quod causa semel effecta fori Ecclesiastici semper maneat fori Ecclesiastici, appellatioque ab Ecclesiastico ad alium Ecclesiasticum sit interponenda, *late Wames. d. Conc. 67. & 175.* Cum enim iudex Ecclesiasticus semel manum apposuit causa[m], Iudex Sæculari sese deinde illi interponere non potest. *Clem. dispendiosam de iudiciis, Abbas cap. quod Clerici de foro comp. quia est effecta Ecclesiastica. Wames. d. Conf. 175. num. 10. de appell. & Conf. 67. n. 8. de iudiciis.* Signanter si quaestio sit de bonis quae Ecclesiastici non teneant in feudum, aut alio titulo à dominis Laicis, cujus contrarium, quamdiu non doceatur, est præsumendum. *Abb. cap. veniens in 2. nota. de accus. Felin. cap. ceterum in fin. de iud. Wames. d. Consilio 175. num. 7. & seqq. l. Alius l. si in adibus de servit. de iud.* In causis porro in quibus Episcopi temporalem etiam habent jurisdictionem, appellatio interponenda est non ad Sæcularem sed ad Archiepiscopum, & sic Ecclesiasticum. *cap. Romana §. debet de appell. in 6. Wames. d. num. 3. & d. conf. 63. numero 11.* ubi hanc Pontificis Constitutionem explicat, etiam si Ecclesiastici bona tenerent à Principibus Laicis. *Spec. de appell. quest. 189.* Denique, licet Ecclesiastici tenentes bona à Laicis in censum, aut feudum, ut Laici censeantur, *cap. solua verb. qui ab eo suscipiunt de maior. & obed. Wames. d. conf. 175. num. 12. de Appell. eo tamen cessante, cense[n]s sunt omnino ut Ecclesiastici. Abbas & Fel. cap. ceterum in fin. de iudiciis.* in dubioque præsumendum est bona Ecclesiae concessa esse purè simpliciter & pleno jure, nulla etiam concedente recognitione reservata. *l. Alius l. si in adibus de servit. & à qua DD. cap. nimis de iurejur. Abb. cap. veniat in 2. Nota de accusat & d. cap. ceterum in fin. Wames. d. conf. 173. num. 13. Affli. Et dec. 277. numero 7. Alex. Conf. 129. vol. 1. late de hac Theoria vide Farinaceum, Concil. Trident. lib. 3. Conc. 198. fol. 115.* Similiter Laici bona tenentes in censum & feudum, Emphyteusim, aut alia excepta, ab Ecclesia cense[n]s debeant Ecclesiastica. *cap. verum ubi Abbas. de foro comp. cap. ceterum de iudiciis. Everardi in locis legalibus loco à Fendo ad Emphyteusim & ab Emphyteusi ad feudum. Wames. Conf. 175. numero 5.* tuncque Ecclesiastici possunt territorium, seu jurisdictionem, aut iudicium seu Tribunal aliquod inferius & sibi suppositum habere, & ratione ejusmodi bonorum poterit eis adhiberi iudicatio, & ab Emphyteusi ad feudum. *Wames. Conf. 175. num. 5.* tuncque Ecclesiastici possunt territorium

Ppp

territorium



territorium seu Jurisdictionem, aut Judicium seu tribunal aliquod inferius & sub-  
 suppositum habere, & ratione ejusmodi bonorum poterit eis adherere Jurisdictionem  
 Wames. conf. 274. nu. 6. de appell. ab ejusmodique Tribunalibus appellatio erit ad  
 perioem Ecclesiasticam interponenda, Wames. d. conf. 174. & 175. de appellat.

---

QVÆSTIO LXXXVI.

An coram conservatore evocari possint alii alterius Diocesis?

**V**idetur quod non; quia statui non potest ut alter alterius Jurisdictionis ab alio  
 coram Actoris iudice evocetur. *Barth. l. 2. n. 2. C. de Jurisdic. om. jud.* Verum con-  
 trarium est respondendum. Sicut enim coram Papa, quilibet ubicumque existens  
 in jus vocari potest. *Barth. in extravag. ad reprimendum vers. per edictum n. 10. ple-*  
 enim est Vicarius ejus, cujus est terra & plenitudo orbis ejus, *Clem. 1. de Judic. d. ord.*  
*d. num. 10.* Ita & coram conservatore qui Papæ vices gerit, modo tamen in terri-  
 tum habeatur ratio, de quibus alio in loco scripsi *tom. 2. part. 2. quest. 106.* & nec  
 qui evocatur notabile incommodum inferatur. Privilegia enim non conceduntur  
 cum magno tertii incommodo. *Emanuel Roderic. Reg. quest. tom. 2. quest. 61. art. 4. in*  
*fin. & notari tom. 2. de Jurisd. ord. in Exemptos part. 1. §. 2. scholio 27. nu. 14.* Porro  
 quod scripsi coram Papa, quemlibet posse evocari, intelligendum est iure commu-  
 ni: habent enim pleræque Provincie, & ditiones Privilegia, subditos, non verb  
 Exemptos, nisi quadantenus afficientia primæ instantiæ, de quibus disponat Con-  
 ciliium Tridentinum *sess. 24. cap. 20. de Ref. & nos de eo supra scripsimus d. Tomo 2.*  
*part. 1. §. 13. schol. 184. num. 5. & seqq.*

---

QVÆSTIO LXXXVII.

Testamentum in loco Exempto conditum, an subsistat si careat solem-  
 nitatibus alio in loco requisitis.

**R**olandus à Valle *Conf. 57. nu. 23. usque ad nu. 46. & per tot. vol. 3. & Angelus Conf.*  
*243. per tot.* responderunt subsistere. Posteriusque testamentum conditum  
 adhibitis solemnitatibus in loco Exempto requisitis invalidare prius testamentum,  
 quod majoribus solemnitatibus, atque cautelis in loco Ordinario subiecto fuerat  
 conditum.

---

QVÆSTIO LXXXVIII.

Ordinarius in loco Exempto existens, utrum beneficia in sua Diocesi  
 vacantia conferre possit.

Dubi-



**D**ubirand' ratio est, quod Episcopus in aliena Diocesi existens beneficia sua vigore Alternativæ in Diocesi vacante conferre non possit. *Hieron. Gonzales. de alienat. Episcop. Reg. 3. glo. 43.* à pari autem procedunt esse extra Diocesim, & in loco Exempto, *Jo. And. cap. 2. num. 5. & 6. & ibidem Gemin. num. 24. Philp. Franc. n. 10. de consuet. n. 6.* veruntamen placuit quod conferre possit, *Hieron. Gonzales d. Reg. 8. glof. 43. num. 187.* ratio est, quia Ordinarii possunt actus voluntarios Jurisdictionis extra suam Diocesim exercere, signanter quando in ejusmodi Actibus, causæ & cognitio non vertitur, effectusque illorum dirigitur in propriam Diocesim, ubi est beneficiorum collatio, aut etiam dimissorialium concessio. *August. Barbof. in remiss. ad Cont. Trident. littera T. Stephanus Gratianus discip. forens. cap. 127. Hier. Gonzales d. Reg. 8. glof. 62. num. 11. & 12.* Neque obstat ratio dubitandi: quia id procedit per modum æquationis improprie, ac quo ad certos effectus, secus verò verè & proprie loquendo. *Fel. cap. grave num. 2. de offic. Ordinari. Roia decis. 107. num. 4. part. 1. de versorum. Gonzales. d. glof. 43. num. 191.* Confirmarique possit hæc conclusio etiam iis quæ fultus supra attulimus *quest. 5. & 6.*

QUESTIO LXXXIX.

Prælati Exemptorum an teneantur ad defensionem suarum Exemptionum.

**T**eneri etiam in foro conscientie respondit Navarrus *conf. 15. num. 6.* ibi: tum quod omnis Prælati tenetur coram Deo ad jura Ecclesie sue defendenda. *de prebendis.*

QUESTIO LC.

Scholares an Feudorum in causa, feudalibus Judicibus subiciantur?

**A**ffinis quæstio est hæc præcedentibus, in qua respondeo, Exemptionis earum privilegio non obstante, Scholares feudalium Jurisdictiones declinare non posse, quod multis stabilit auctoritatibus *Henricus Rosendal. de feudis c. 12. Concl. 1. n. 16. Rebuff. de Privileg. Scholarum Privileg. 153. limit. 1. Vullenis lib. 2. cap. 2. n. 22. vers. volunt. etiam nonnulli. Schraderus de Feudis part. 10. sect. 2. n. 10. Lucas de Penna leg. in sacris. C. de proximis sacrorum seniorum lib. 12.*

QUESTIO XCI.

Acta per Judicem incompetentem ad versus Exemptum, an superveniente Jurisdictione confirmantur?

Respondeo.

*Handwritten notes in the right margin, including the number 311 and other illegible characters.*



**R**espondeo breviter, non confirmari, nisi Jurisdic. superveniat ante litem, & actionem, qua de re videatur uberius Bald. leg. 1. col. 5. vers. quare non quia C. a non competente, ubi etiam Apost. §. 1. vers. 4. quarto queritur. C. qui pro sua jurisdic. ne ubi etiam Apost. idque ne quidem, si partium expressus consensus accedat. Rom. conf. 258. lat. Abb. cap. Prudentiam. 19. de offic. delegati: processus enim coram incompetente & J. d. e agitur, partium consensu ratificari non potest. Fel. cap. nonnulli §. 1. & alii nu. 4. de rescriptis.

---

Q U A E S T I O X C I I .

An si quispiam in loco Exempto nomine Judicis Exemptorum judicet, possit talis sententia à giudice exemptorum ratificari.

**P**osse censuit Innocent. c. prudentiam tuam num. 7. de offic. deleg. fol. 49. col. 4. sed quid si partium consensus accedat, an in unius prorogationis acta & sententia modi roborentur, vide Innocent. ibidem nu. 9. & 10.

---

Q U A E S T I O X C I I I .

Quid si Judices exemptorum in coercenda Jurisdictione sibi aliquem incompetentem adducunt?

**R**espondeo acta coram ejusmodi judicibus, quorum alter habilis est, alter inabilis & incompetens, non subsistere, non subsistere, ubi D. D. de offic. deleg. cap. quoniam Abbas eodem tit. l. Padini. ff. de arbiter. Garcia Masfrillus Neap. dec. 27. idque obtinet in Judicibus delegatam Jurisdictionem habentibus, nec in habentibus Jurisdictionem ordinariam, Vantius de nullitat. ex defectu Jurisd. ord. n. 183. l. 1. §. 1. ff. quod falso Tutore. Judicandi enim munus apud Ordinarios est indivisibile, d. l. Padini. Garcia Masfril. d. dec. 27. num. 4. hincque est ut potestas ejus ordinaria per admissionem inabilis non intervertatur. Rom. conf. 506. nu. 13. Gaul. de pace publi. l. 1. observ. 6. n. 21.

---

Q U A E S T I O X C I V .

Utrum Vicarius Episcopi possit ex delegatione Apostolica in prima instantia in exemptorum causis cognoscere.

**Q**uestio nunc in facto versatur coram Reverendo Domino Joanne à Chelier Vicario Leodien. in Spiritualibus Generali, fratre meo, inter Dominum Leonardum Exemptum, & Joannem de Courteroye, qui auctoritate Nuncii Apostolici specialibus facultatibus Jurisdictionem in exemptos habentis, causam ei delegerat, urgebatque unice Dominus Leonardus incompetentiam Jurisdictionis.



ditionis Domini Vicarii, nitens Concilio Trident. sess. 24. cap. 20. de Reform. quo  
 sanetur causas omnes quomodolibet ad forum ecclesiasticum pertinentes, in 1. In-  
 stantia committendas ventilandasque coram Ordinario, qualis in quibus non est Vi-  
 carius in Spiritualibus, contentiosam non habens Jurisdictionem, sed tantum gra-  
 tiam, verum exceptio hæc D. Leonardi habita fuit pro effugio Reorum procrasti-  
 nantium. Etenim Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. non tantum comprehendit Ordinarios quasi  
 contentiosam Jurisdictionem habentes, sed alios quoscumque Jurisdictionem quasi  
 Episcopalem habentes. Aug. Barbosa in remissionib. ad Conc. Trid. d. c. 20. in princ.  
 Navar. Conf. 2. nu. 4. in fi. de foro compet. Emmanuel Roderiq. Reg. 9. tom. 1. q. 36. art. 4.  
 Flam. Paris. de Resig. benef. lib. 3. quest. 11. nu. 19. & quidem nominatim Vicarios, uti  
 resoluit Flam. Parisius d. quest. 11. nu. 22. August. Barbosa d. loco Thom. Sanch. de matrim.  
 lib. 3. disput. 7. q. 1. nu. 10. & alii, quos ego alio in loco laudavi tom. 1. qu. 1. n. 10. part. 1. &  
 ita in causa d. Domini Leonardi & Joannis Courteroye hodie 15. Novembris 1624.  
 fuit iudicatum.

Denique, sub generali dispositione Conc. Trid. nominatim exemptionibus non  
 derogante, exemptorum causa non comprehenduntur, scripsi tom. 1. qu. 1. num. 13. ut  
 proinde dispositio illa Concilii Tridentini afficiens in prima instantia causas Ecce-  
 siasticas, exemptos non comprehendat, idque ne ex diametro Exemptorum privile-  
 gis derogatum videatur, uti alio in loco comprobavi d. quest. 5. nu. 13.

QUESTIO XCV.

Nuncius Apostolicus an vigore facultatis Rescribendi à sententiis Judi-  
 cum à S. Sede delegatorum, possit de sententiis  
 Conservatorum cognoscere?

Quod non possit, hinc arguitur, quod Conservatores hodierni sint Heteroclici, ac  
 à scripto Jure incogniti, qui ideo simplices aut particulares Sedis Apostolicæ non  
 sunt delegati, sed ad universitatem causarum delegati. Alex. de moneta de Conservat.  
 cap. 7. nu. 37. & 38. cum seqq. proindeque cum facultates & Rescripta Principum  
 sint in quantum Jurisdictioni alterius præjudicant, stricti juris, non censetur Sanctis-  
 simus Jurisdictionem, quam discretè non expressit, concessisse, c. sedes Apostolica de  
 Rescriptis. Princeps enim non præsumitur præjudicare Juri tertii, de quo non facit  
 mentionem, Abb. cap. 15. in 2. Nor. de offic. deleg. Signanter etiam quod Papa de Parti-  
 cularium Ecclesiarum Privilegiis, de quibus non facit mentionem expressam, déro-  
 gasse non censetur. cap. 1. ubi glo. verb. expressè atque DD. de cons. in 6.

Neque obstant clausula derogatoria Generales, quia ea referenda sunt ad ea  
 que Sanctissimus Nuncio expressè concessit, non autem ad alia, que non concessit D.



fit *D. Mariba de Clausulis part. 1. c. 79. nu. 17. & 20. pag. 8. & cap. 260. num. 5. pag. 11.*  
Denique, non posse alia consuetudine introduci, ut à conservatore appellentur  
Nuncium. Respon. Anchoranus, *cons. 132. incip. m. 1. per tot. Alex. de mones. de Consuetud.*  
*nat. c. 8. n. 163. & seqq. c. 9. nu. 182. 185. 186.* qua de re extat quaestio in secundo tract. de exemptionibus.

## QVÆSTIO XCVI.

Equites Hierosolymitani an una cum Clero teneantur ad Collectas.  
Clerum sibi ipsi posse ex causa necessitatis Collectas imponere, e sine superiorum auctoritate, quamvis non ex causa utilitatis id possit, late decisum est apud Farinacium *part. 1. dec. 72. c. Innocentius de censibus l. 1. §. 1. ubi glo. ff. quod cuiusq. universi. l. 1. §. 1. placet n. 3. C. de sacros. Eccles.* Non tamen ad ejusmodi collectam adstringi equites Hierosolymitanos propter prægnantia eorum à S. sede Privilegia, ut probatur apud eundem Farinacium *d. loco n. 5. & seqq.*

## QVÆSTIO XCVII.

Variantes video opiniones, nam nonnulli petendam licentiam à solo Prae-  
lato autumant *Io. Monach. in c. cum singula nu. 4. de præbend. num. 6. & ibi Franca. prohibemus nu. 3.* reprobans sententiam dicentem, exigi quoque Consensum Co-  
ventus. *Bellam. c. ex part. nu. 4. de temp. ord. Rebuff. praxi benef. de transit. Monach. n. 5. Rodericq. qu. Regul. tom. 3. qu. 52. nu. 3.* quod limitat Abb. *in c. fin. nu. 2. de Renunciat.* nisi monasterium strictius sit in aliena diocæsi: quia tunc exigitur quoque licentia Episcopi diocæsis monasterii laxioris, à quo transitur ad strictum, cum ejus intentio eo quod eximitur seu alienatur religiosus ab ejus jurisdictione, id quod verum est, quando talis religiosus non est exemptus, *Sanchez. li. 6. oper. moral. c. 7. q. 4. num. 41.* alii Pontificem adeundum esse, quando nimirum agitur de transeundo ad æquæ strictam religionem nulla legitima causa subsistente *Ant. c. fin. nu. 13. de renunciat.* & alii quos allegat Sanchez. *d. loco* tamen ubi adeest causa legitima: quia tum sufficit Prælati licentia: licet alij dicant Episcopum posse hanc facultatem impertiri, *Monach. in cap. cum singula nu. 4. de præb. in 6. Arobid. in cap. si religiosus in fin. de Electio. in 6. repugnantibus aliis quos refert idem Sanchez. qui addeatur cum in hac quaestione longè se diffundat, nec tempus meum, quod mihi parcissimum est, actum agere sustineat.*



QVÆSTIO XCVIII.

An Episcopus possit in votis Regularium dispensare.

Idem eruditissimus Sanchez *lib. 4. oper. Moral. c. 39. quest. ult. nu. 24.* quaduplici distinctione quaestionem terminat, ad quem lectorem remitto, ubi etiam videbitur an regulares exempti possint se subicere Episcopo sine licentia sui Prælati, quod & sic a libi discussimus.

QVÆSTIO XCIX.

Episcopus an ad ea in quibus Regulares exempti subiiciantur Episcopo, possint ab ipso compelli censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti.

Nullis in casibus ordinariam habere Jurisdictionem in exemptos ostendimus *parte secunda quest. 45. per tot.* an in casibus quibus Regulares illius jurisdictionis agnoscunt, possint subiici poenis & censuris: paucis, non posse censemus, si tales privilegium habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdicti: quale habeant mendicantis, ut constat ex eorum compendio *verbo exemptio nu. 23. & 24.* quod limita, nisi expresse concedatur ordinariis ut in iis casibus possint censuris latis contra exemptos procedere, ut ex variis Conc. Trident. locis colligere est.

QVÆSTIO C.

An religiosi afficiantur censuris ab Episcopo impositis contra accedentes ad Monasteria Monialium absque sua licentia?

Respondeo cum Martino Bonacino *in tract. de Clausura quest. 3. puncto 4. nu. 8.* Religiosos non exemptos affici præfatis censuris, quia jure communi subditi sunt Jurisdictioni & potestate Episcopi. Religiosi vero exempti non afficiuntur, quia excommunicatio fertur in subditos, *ita Quaranta verb. Monasteria Monialium vers. dubitari. Rodericq. tom. 1. g. Regul. 9. 45. art. 2. Sanchez li. 3. de Matr. d. 33. nu. 23. & alios citat & sequitur Barbosa de offic. & potest. Episcop. 3. part. alleg. 102. nu. 73. & contra Grassum par. 1. decis. lib. 2. c. 49. nu. 68. & alios.*

Obser-

Q99 2



Obſerva tamen, Religioſos hoc tempore alloquentes Monialem abſque  
 tia, etiamſi alloquantur in monaſterio Regularibus ſubjecto, poſſe puniri ab Epiſ-  
 ſcopo, ex conſtitutione Gregorii XV. in Bulla de Exemptorum privilegiis, ibi  
 hæc tam regulares quàm ſeculares huiusmodi privilegii aut exemptionibus  
 rueri poſſint, quo minus ſi deliquerint circa perſonas intra ſeptem degentes, aut  
 clauſuram, vel circa bonorum adminiſtrationem monaſteriorum monialium,  
 tam Regularibus ſubjectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter tanquam ad hoc Sedis  
 Apoſtolice delegato, quoties & quando opus fuerit, puniri & corrigi valeant.  
 Idem S. Cardinalium Congregatio cenſuit, & Summ. Pont. Urbanus  
 VIII. Anno 1624. approbavit, teſte *Bona-*  
*cina, d. num. 4.*

F I N I S.

Ad laudem & gloriam Domini JESU, ejuſque  
 Matris immaculate Virginis.



INDEX.